











DISSERTATIO IVRIDICA  
De  
**EXSECRATIONIBVS TESTA-  
TORVM,**

Quam

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE IVENTVTIS,

**DN. FRIDERICO WIL-  
HELMO,**

MARCH. BRANDENB. & ELECTORAT. HEREDE  
& reliqua,

IN FRIDERICIANA ELECTORALI BRANDENB.

PRAESIDE

**DN. IO. SAMVELE STRYKIO,**

I. V. D. & Profess. Publ. Ordin.

*PATRONO AC PATRVELISVO VENERANDO,  
D. Augusti An. MDCCVIII.*

Placidæ Eruditorum disquisitioni submittit  
A. & R.

**SAMVEL FRIDERICVS STRYKIVS,**

Vratislaviensis.

---

HALÆ, Typis CHRISTOPH. ANDRÆ ZEITLERI. Acad. Typogr.

1/2.

DISSEMINATION  
DE  
EXSECUTORIO  
NIBVS TESTA-  
TORVM

ACTORIS ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SACRILEGII IN NOBIS DEUS TESTIS

DR. FRIDERICUS WIL-  
HELM

MARCH BRANDEBURGENSIS ELECTORAT. HERED.  
IN FRIDERICIANA UNIVERSITATE BRANDEBUR.

DR. JO. SAMUEL STRYKIO

DR. D. & P. ...  
...  
...


...

SAMUEL STRYKIO

...







Na trahit plerosq; homines vo-  
uptas, vt secundum animi cuius-  
vis desiderium, omnia, potissimū  
humana eueniant; hinc felicitatis  
summum se attigisse culmen exi-  
stimat, cuius ad arbitrium succe-  
dunt omnia, & qui sui se voti vbi-  
que damnatum videt. Quod desiderium, vt scilicet  
omnia ex sua animi sententia fluant, vix moriendo  
deponunt. Quamuis enim, ex Icti sententia, vlti-  
mus voluntatis humanæ terminus mors sit; attamen  
cupiditas illa, hominibus insita, de rebus suis in  
perpetuum disponendi, adeo excreuit, vt multis post  
mortem seculis, adhuc ex suo arbitrio bona relicta  
administrari cupiant, perpetuo fideicommissi nexu,  
posteritatem suam constringendo. Quo in negotio  
vtut fauentem experiantur Iurisprudentiam Roma-  
nam, quæ sat roboris indulgit his defunctorum vo-  
luntatibus, nondum tamen in hoc acquiescendum  
censent plerique, dum haud raro execrationes testa-

mentis suis adiiciunt, dira omnia imprecando illis, qui ex posteris, hanc ultimam voluntatem immutare ausi fuerint. Et his imprecationibus plerumque munita sunt, quæ piis quondam destinata causis, Ecclesiarumque ac Monasteriorum fundationi dicata, quæ tamen hodie subinde mutata videmus, non attentis solennibus illis execrationum formulis. Res hæc ansam mihi dedit, speciminis Academici loco, materiam hanc proponendi, & quid iustitiæ his testatorum execrationibus subsit, ac quo effectu in decisione causarum gaudeant, inquirendi. Factum hoc præsentibus paginis, non illa, quam materiæ dignitas merebatur, tractatione, sed prout hæc exercitio Academico sufficere poterant: hinc veniam mihi a Lectore benevolo polliceor certissimam. Deum vero optimum maximum supplex veneror, non tantum ut gratia sua nobis adsit, & felicem laboris successum largiatur, sed ut quoque sanctissimo Spiritu suo nos per omnem vitam dirigat, ne incurramus execrationes malum operantibus comminatas, sed merito Christi, ab omni legis execratione nos liberante, digni deprehendamus.

## CAPUT I.

## DE EXSECRATIONE IN GENERE.

## SUMMARIÆ.

|   |   |        |
|---|---|--------|
| <i>Explanationem vocabulorum</i>                              | <i>Reiicitur si fiat in personam incertam.</i>                      | n. 17. |
| <i>Œpius esse superfluum num.</i>                             | <i>Bannum Eccles. cuius consensu fiat.</i>                          | n. 18. |
| <i>Obscuras voces tantum explicandas esse.</i>                | <i>Iudicium Brochmanni de hac specie Banni.</i>                     | n. 19. |
| <i>Cur Icti Romani vocum indagatores fuerint.</i>             | <i>Maledictiones intuitu christianiſmi expenduntur.</i>             | n. 20. |
| <i>De vocabulo Exsecrationis.</i>                             | <i>Anathematismi in Conciliis reiiciuntur.</i>                      | n. 21. |
| <i>Exsecrationes ultim. volunt. describuntur.</i>             | <i>Locus Pauli 1. Cor. ult. 22. explicatur.</i>                     | n. 22. |
| <i>Maledictiones in genere expenduntur.</i>                   | <i>Amor proximi commendatur.</i>                                    | n. 23. |
| <i>Exempla maledictionis diuine.</i>                          | <i>Taxatur vulgi consuetudo innocentiam suam Cœna S. probaturi.</i> | n. 24. |
| <i>Male inde concludi ad maledictiones hominum.</i>           | <i>Origo huius erroris ex papatu.</i>                               | n. 25. |
| <i>Balaami &amp; Elise maledictiones considerantur.</i>       | <i>Errores Concilii Wormat. in approbanda hac re.</i>               | n. 26. |
| <i>Responsio Augustini laudatur.</i>                          | <i>Hadriani Papæ impictas.</i>                                      | n. 27. |
| <i>Confirmatur verbis Rabani.</i>                             | <i>Hildebrandi temeraria exsecratio.</i>                            | n. 28. |
| <i>Adducitur annotatio Grotii.</i>                            | <i>Del-Rio defendens hunc morem reiicitur.</i>                      | n. 29. |
| <i>Maledictiones reiiciuntur.</i>                             | <i>Citatio ad vallem Iosaphat.</i>                                  | n. 30. |
| <i>Adducitur monitum Saluatoris de benedicendis inimicis.</i> |   |        |
| <i>Tb. Linacri de ea re iudicium.</i>                         |   |        |
| <i>Excommunicatio Ecclesiastica approbatur.</i>               |   |        |

6 CAP. I. DE EXSECRATIONE

|                                  |      |                                     |      |
|----------------------------------|------|-------------------------------------|------|
| Reiicitur tanquam puniendā.      | n.40 | ditur.                              | n.48 |
|                                  | n.40 | Excusatur.                          | n.49 |
| Exempla harum citationum ex-     | n.41 | Adiurationes quid sint.             | n.50 |
| penduntur.                       | n.41 | Potio maledicta. Num.V.v.17.19.     | n.51 |
| Beza approbantis sententia de    | n.42 | Adiuratio testium apud Iudeos       | n.52 |
| hac re eliditur.                 | n.42 | ex Grotio explic.                   | n.52 |
| Elegans observatio patrum circa  | n.43 | Exorcisatio Dæmonum reiicitur.      | n.53 |
| mortem Stephani adducitur.       | n.43 |                                     | n.53 |
| An omnes exsecrationes reiicien- | n.44 | Consensus nostratum Theologo-       | n.54 |
| de.                              | n.44 | rum adduc.                          | n.54 |
| Cum distinctione Resp.           | n.45 | Cottoni Iesuitæ curiositas, per ex- | n.55 |
| Finis nonnullarum maledictio-    | n.46 | orcismum doctas qq. propo-          | n.55 |
| num.                             | n.46 | nens Diaboli, perstringitur.        | n.55 |
| Exsecratio in iniustos Indices.  | n.47 | Reliquæ Adiurationum species,       | n.56 |
|                                  | n.47 | remissive.                          | n.56 |
| Exsecratio dira in iuramento a   |      | Connexio cum Cap. H.                | n.57 |
| Iustiniano præscripto expen-     |      |                                     | n.57 |

I **D**isputationes verborum pertinacibus, & his qui eorum ana-  
 tomias in deliciis habent, esse relinquendas; sat pru-  
 dens monitum Glossæ est, ad rubr. ff. solut. matr.  
 Merito obseruandum iis, qui nimia ac superflua,  
 euolutionis verborum sollicitudine, circa corticem vo-  
 cabulorum hære, quam nucleum eorundem frangere  
 2 malunt. Equidem haud ignarus sum, non omnino sper-  
 nendam esse, curam enucleationis vocum, maxime am-  
 biguarum & obscurarum; præter haud pauca enim IC-  
 torum testimonia apud Gœddeum *Comm. ad ff. tit. de V.*  
*Sign.* satis corroboratur hoc gravissimo monito Vlpiani  
 originis vocum solertissimi indagatoris, in *L. 6. de V. Signif.*  
 Nihilominus non est forte quod verear, memet incurfu-  
 rum

rum esse reprehensionem Gail. in l. 1. ff. de orig. iur. ac si  
*illotis manibus* præsertim Thematis tractationem susceptu-  
 rus sim; licet vel maxime vocis *Testamenti* originem,  
 variosque significandi modos fileam. Quantum enim  
 mihi constat nullus fuit Commentatorum ad *tit. Inst. & ff.*  
*de Testam.* qui testamenti significationem ad nauseam vs-  
 que non reperierit. Interim adeat cui volupe est talia  
 nosse Io. Caluium *L. Iurid. voc. Testamentum.* Wiffenbach.  
*Disp. ad Instit. 17. §. 1.* qui ex occasione deriuationis 3  
 testamenti in *princ. Inst. b. tit.* ac si idem esset, ac *testatio*  
*mentis*, ansam arripit ex hac, aliisque allusiujs deriuatio-  
 nibus traducendi vereres ICTos, quod imbuti fuerint di-  
 sciplina Stoicorum Cuiac. 26. o. 4. Stoici vero licentiores  
 & propemodum inepti fuerint in ducendis nominum  
 originibus, hincque illam labem in ICTos deriuatam fu-  
 isse, quam tamen rem suo loco relinquimus. Ad *exsecra-*  
*tionis* vero vocabulum quod attinet, videtur illud intro-4  
 ductum esse in oppositione ad vocem consecrare. Sicut  
 enim consecrando rem Deo dicamus & sacram facimus  
 Cic. *pro Domo. cap. 55. & Lib. 3. de Nat. Deor. cap. 36.* Ita exse-  
 crari idem videri poterant quam sacra soluere & in ab-  
 iectissimum statum aliquem conuicere, & inde exsecre-  
 ri dicitur mensa altaris, si superior tabula, in qua princi-  
 paliter fit consecratio, mota, vel in sui forma mutata, vel  
 enormiter, puta vltra medietatem, fracta sit. Carol. du  
 Fresne in *Gloss. med. & in fin. Latinit. sub voc. Execrari.* Et si  
 huius generis exsecratio altaris facta, hoc iterum conse-  
 crandum. Guil. Durandus *Rational. diuin. offic. L. 1. c. 6. n. 32.*  
 Verum apud latinos Auctores hoc sensu verbum exse-  
 crari vix occurrit, quibus idem est quod male alicui im-  
 precari. Vnde Cic. in *Pison. c. 14. & 40.* odisse aliquem,  
 pestem ei exoptare & eum exsecrari. Vt sic idem sit ex-  
 secrari

secrari quam detestari, quæ verba coniunxit Cicero 2. *Philipp. c. 10.* quando dicit: *Exsecrandus populo & detestabilis.* Et hæc execrationes non tantum priuatis tribuebantur, sed publice quandoque fiebant, hinc execrationibus publicis sancitum esse monet Cic. *L. 3. Offic. c. 13.* Inter priuatas vero execrationes grauisima censebatur paterna, quorsum illud pertinet: *Imprecatione Patris noxius nil filio est;* sicut e contrario *vocis parentum aurem applicat piam Deus.* Quorsum spectat insignis locus apud Senec. *Ep. 61. princ.* *O quam inimica nobis vota nostrorum? eo quidem inimiciora quo cessere felicius.* *Iam non admiror si omnia nos a prima pueritia mala sequuntur: Inter execrationes parentum creuimus.* Imprecationis quoque vox huc pertinet, utpote quæ in malam plerumque partem capitur. Sic *diras Pompeio quas ille mox luit, imprecatur populus Plin. L. 8. c. 7.* & Seneca *dira imprecationis phrasi utitur lib. 6. de Benef. c. 35.* Germanice execratio dicitur ein *Fluch* oder *Verfluchung*/eine *Verwünschung*.

- 5 Cum vero mihi in specie propositum sit de execrationibus testatorum agere, haud difficulter ex antecedentibus constare arbitror, quid per hanc indigitatum velim. Scilicet Execratio testatoris est enixa voluntatis eius expressio, cum imprecatione omnis mali si hoc factum non fuerit, quod ipse post mortem fieri volebat; seu, ut breuius dicam, execratio est obtestatio testatoris sub metu imminentis mali æterni. Paret vero exinde arctam esse affinitatem inter hoc & reliqua execrationum ac maledictionum genera, neque commode validitatem aut inualiditatem harum execrationum testamentariorum posse cognosci accurateque discerni, nisi simul naturam indolemque execrationum in genere, habea-

IN GENERE.

habeamus exploratam perspectamque. Inde videamus quid de maledictionibus in genere sentiendum sit. Deprehendere vero licet annales sacros prophanos euolventi, ingentem maledictionum copiam, quæ tamen exempla non vna æqualiue rationis decempeda metienda videntur. Tristem Protoplastorum lapsum, vt umbra 7 corpus, mox manebat maledictio Iehouæ *Genes. III, 14, 17.* Eadem maledictio repetebatur a summo Numine aduersus Cainum, Habelis sanguine profuso adhuc madidum. *Gen. IV, 11.* Verum exinde quis audeat inferre; licere & 8 hominibus maledictionibus alios prægrauare homines, quia nimirum videmus quod summum Numen maledixerit hominibus. Præterquam enim quod ob grauissima peccata puniti a Deo sint Protoplasti atque Cainus, Deo sane tanquam supremo omnium Domino longe eminentius est ius in suas creaturas, quam homini in hominem natura sibi æqualem. vid. Pufend. *de I. N. l. 2. c. 3. §. 5.* Vt adeo in istiusmodi temerarios maledicentes prævia sufficienti inquisitione seuerissime animaduertendum sit. Neque enim hoc, neque alia ex sacris petita exempla consuetudini illiproximo suo mala quæque imprecandi, patrocinantur. Nam vtut in contrarium vrgeatur ex- 9 emplum Balaami ad maledicendum Iudaico populo conducti a Moabitibus. *Num. XXXIII.* Vt & Elisæ prophetæ maledicentis quinquaginta pueris ipsum iridentibus, tali effectu vt ab vrsis ad vnum omnes occisi sint; *2. Reg. III, 23, 24.* Tantum tamen abest vt maledicentes aliquod præsidium ponere possint in his exemplis, vt potius exinde refutentur. Balaamo enim Haruspici restitit Dominus maledictionem in benedictionem conuertendo. *conf. 2. Petr. II, 15. vers. 16.* altioris indagationis factum Elisæ est. Verum & 10 heic optimam iam dedit responsonem Augustinus *lib. 16.*

B

cont.

10                    **CAP. I. DE EXECRATIONE**

*cont. Faustum Manicheum cap. 22. Maledicta inquit cum ex prophetia dicuntur, non sunt de malo voto imprecantis, sed de præ-*

- 11 *ficio spiritu denunciantis. Nec multum ab hoc abludit Rabanus in Tiren. c. I. cuius hæc verba sunt: Quando sancti imprecatorio modo contra hostes suos rogant, non voto malitiæ sed spiritu prophetiæ, hoc quod eis præsciunt futurum, edicunt. Quæ*  
 12 *ultima verba eo magis huc quadrant, quia annotante,*  
 13 *Grotio ad h. l. Pueri illi in idololatria educati veri Dei contemptores fuerint, & sic iis Elisa non tam ex odio maledixit, quam pœnam iustam dudum vel ob alia scelera promeritam, illa occasione annunciauit.*

- 14 *Vix igitur casus contingere posse videtur, in quo legitimum maledictionum vsum approbare possis. Præsertim cum sanctissimus Saluator tam serio benedictiones, nunquam vero maledictiones aut execrationes inculcauerit. Diligite inimicos vestros & bene precamini iis, vox est mitissimi Archipastoris ad suas ouiculas. Matb. V, 45. Sane hæc verba omnem rancorem maledictionis ex animis Christianorum exterminare debebant. Hinc etiam Thomas Lincacrus Anglus vitia sui seculi procul intuitus, lecta illa Christi adhortatione, librum proiecisse fertur, adiecto disiunctiuo hoc ratiocinio. Aut vera non sunt bæcæ; aut non sumus Christiani. Alsted, Triumph. Biblic. Sect. 29. §. 1. Veri igitur Christiani cauent sibi maxime a re a Salvatore adeo se vere prohibita.*

- 16 *Quamuis enim excommunicatio refractariorum nec a nostris moribus recesserit, vel recessisse debet, cum in terminis, quibus circumscribitur a Gerhardo Loc. Com. loc. de Ministr. Eccles. n. 200. optime retineri possit, licet interdum maledictiones annunciet impiis, vti & legimus factum, fuisse ab Apostolo Paulo 1. Cor. V, 5. incestuosum Satanæ tradendo; nescio tamen quo iure aut titulo se tueri possit,*



fit, malus ille mos, qui non heri aut nudius tertius etiam in nostras Ecclesias irrepsit, quando ob surreptam aliquam rem, horrendæ imprecationes in furem aut maleficum incognitum deponantur. Certe si illi, qui hactenus pessima consuetudine capti, hoc defendere volunt ex eo capite, quod sit species quædam *cenfura ecclesiastica* seu banni; oppido labuntur. Nec enim maior nec minor excommunicatio ab Ecclesiæ Ministro sine Consistorii iudicio suscipi debet. Quin imo maior excommunicatio non nisi conscia aut approbante tota Ecclesia fieri potest, vti solide concludit ob merita in Ecclesiam immortalis Theologus B. Io. Gerhardus *Loc. de Minister. Eccles. n. 286. vid. & B. König. Cas. confc. c. 6. cas. 14. Dedeken. Conf. Theol. vol. I. P. 2. lib. 3. sect. 5. n. 1. Dunte Cas. confc. cap. 13. sect. 2. q. 6.* Haud secus igitur quam par est, castigat immoderatos eiusmodi Ministros Theologus Danicus celebratiss. Casp. Brochmann. *System. Theolog. Loc. de Disciplin. Eccles. cap. 6. cas. XV. Inueniuntur, iniqui, Imperitiores nonnulli Ecclesiæ, qui ubi commissum est facinus aliquod, statim concurrunt ad excommunicationis telum, quod impetuose eiaculari solent licet facinoris Autor ignoretur. Quibus opponendus est excommunicationis diuinitus instituta finis; qui est, vt is qui malum admisit, quo plurimi offenduntur, e cœtu ecclesiæ tollatur & proscribatur teste Paulo 1. Cor. V, 2. Dic autem mihi qua liceat ratione hunc assequi finem, ignorata persona, que facinus admisit &c.* Quæ verba adiicere vel propterea mihi non fuit tædio, quo eo magis coerceantur pessimi abusus illi, atque eo citius imperiti Ecclesiæ ministri abstineant re, quæ scandalum potius, non pietatem, ex suggestu excitare apta est. Omnino enim res periculosa est plaustra maledictionum in caput innocentissimorum sæpe hominum exonerare, vt plurimum enim aniles fabulas pro fundamento habent istiusmodi execrationes, aut

si sunt nocentes & ex culpa quadam aut malitia peccarunt; pugnat nihilominus cum charitate Christiana alterum diris deuouere, pœnamque temporalem & æternam illi imprecari priuato ex adfectu. Cum potius vi diuini verbi, placidisque rationibus, ad veram pœnitentiam agendam inducendi fuerint.

- 21 Hinc redargui possunt nimii illi anathematismi quibus in omnibus pene Conciliis & potissimum Tridentino, dissentientes ab illis opiniones fouentes notantur. Persecutionem enim & spiritum papisticum h. e. antichristianum redolet, illos, quos vulgo Hæreticos dicunt, propterea, quod vel *leui argumento a iudicio Catholice religionis & tramite detecti fuerint deuiare l. 2. de Heret. & Manich.* mox diabolo tradere, iisque exsecrationibus, quantum in se est, gehennæ mancipia destinare, ac odio inde plus quam vatiniano prosequi. Sane zelo huic carnali in tantum non patrocinarur factum S. Pauli *1. Cor. vlt. v. 22.* vt potius per grauisimum abusum e diametro contrarium scopo Apostoli, huc trahatur communiter. Equidem Apostolus *anathema, maharam, motba* annunciant illis, qui Iesum Christum non diligunt; verum cum illa dilectio non actibus intellectus sed voluntatis absoluat, quilibet videt quo iure hoc applicetur ad illas in Conciliis agitas controuersias vt plurimum speculationes & sic actus intellectus concernentes. Satius igitur est, mansueti & ex sincero amore profecto modo procedendi vt aduersus errantes, quam maledictionibus, tanquam indicibus rancoris atque exulceratæ mentis, magis magisque errantibus suppeditare ansam in errore perseverandi. Iubent hoc timor, amor & spes erga Deum vt & charitas ergo proximum, quippe quæ iuxta sententiam Saluatoris implementum & scopus totius legis diuinæ est, & adeo sancte a  
morta-

mortalibus quibus pius de religione inest sensus, custodienda ac colenda.

Inde nec nobis conuenit, vt nos ipsos deuoueamus  
& execrationes in proprium caput cumulemus. **Pes-** **24**  
**si-** hinc atque peruersa consuetudo apud vulgum inpri-  
mis occurrens, qua si cuiquam ex plebe obiciatur malefi-  
cium quoddam, mox in temeraria hæcce verba erum-  
pere videas: *accipiam ego in mei condemnationem S. Synaxin*  
*si hoc feci.* Qui sane detestandus error ex papatu irrepfit **25**  
aut potius retentus fuit a nonnullis, contra Institutio-  
nis S. Cœna scopum & finem, vti latius & pie deduxe-  
runt Balduinus *Cas. Conscient. Lib. 4, cap. 9, cas. 3.* Brochm.  
*System. Theol. artic. de S. Cœn. cap. X, cas. 11.* Dedeken, *Conf. vol. 1.*  
*P. 2. L. 3. Sect. 6, n. 17.* Dn. Schilter *Inst. Iur. Can. lib. 2. tit. 3. §. 12.*  
Vt adeo non satis mirari & Deo gratias agere possimus,  
quod non eduxerit e captiuitate Babylonica priorum sæ-  
culorum, in quibus integra Synodo Wormatiensi *Can-* **26**  
*one X. & XV.* (quos repetitos vide in *Iur. Can. can. 23. & 26.*  
*caus. 2. qu. 5.*) hic mos sese deuouendi non solum appro-  
batur sed & ad probandam innocentiam præcipitur.  
Imo longe ante eam synodum huius erroris se reum fe- **27**  
cerat Hadrianus Papa. Hunc enim Lothario Impera-  
tori Romam venienti, vt se purgaret a delictis carnis ipsi  
obiectis, S. Synaxin porrexisse in purgationem criminis,  
cum stupore legimus ap. Sigebertum *in chron. ad An. Christ.*  
*870.* Quod & Papa Hildebrandus siue Gregorius VII. te **28**  
ste Schaffnaburgensi ad *An. 1077.* fecit tremendis verbis:  
*Corpus Christi subitanea interimat me morte si reus;* Frustra  
vero defendere hunc abusum tentat. M. Ant. Del Rio  
*in Disquis. Magic. cap. 4. qu. 3.* quia nimirum species Cano-  
nicæ purgationis sit. Quasi vero purgationes Canoni- **29**  
cæ ab omni macula superstitionis purgatæ essent. Abso-

num enim omnino est ad vsum illius Cœnæ, quæ ad charitatem mutuam & ardentem deuotionem conseruandam instituta, accedere animo imprecationibus oppleto, & excipere S. Synaxin ore exsecrationibus adhuc spumante.

- 30 Quæ cum extra dubitationis aleam posita existimem in tantum maledictionum terminos coercendos arbitror, vt ne subtilem quidem speciem earundem, scilicet citationem ad tribunal Christi, siue *vallem Iosaphat* impune terendam esse existimem. Talia hinc facientes pœna extraordinaria afficiendos esse tanquam insatiabilis vindictæ cupidos, contendunt Menoch. *de Arb. Ind. 29. Lib. 7. cas. 388.* Clarus *l. s. sent. §. fin. qu. 83. n. 7.* Accedit quod eiusmodi citationes nil aliud contineant in se, quam imprecationem vt Deus Magistratum, qui ipsos condemnauit, ex vita hac eripiat & in altera vita condemnet. Vti patet ex plurimis exemplis, quæ adducuntur ab Heringio *pecul. Tractat. citat. ad vall. Ios.* Hier. Wolffio *Lect. memorab. cent. 12. p. 357.* Befold. *de Appell. cap. 2. num. 56.* Camerario *Horar. Subcis. cent. 3. cap. 38.* Abrah. a Kreckwitz *in Sylv. Hist. polit. f. 356.* Equidem non abrogamus omnem fidem exemplis a modo laudatis autoribus allatis, quin potius si eiusmodi citationes in *vallem Iosaphat* repentinæ vicissitudines, vt & vocatio citatorum ex hac mortalitate celerissima & fatalis secuta; adscribimus omne id sanguini innocentem clamanti cum sanguine Habelis ad cœlum, accedit quod caligo profunda temporum illorum intermerato iustitiæ cursu nondum illustratorum Sanctissimi numen ad iustitiam suam declarandam extra ordinem, permouere potuerit. Verum nostris seculis felicius affulsit sidus, abunde enim iudiciis, tribunalibus, ac supremis Themidos sedibus instructi sumus, ad quas appellatio nemini non patet, vt adeo necesse minime habeamus eius-

IN GENERE.

eiusmodi maledictionibus & propriam conscientiam & Magistratus onerare. Quapropter haud mihi consensum extorquet opinio magni alias inter Reformatos nominis Theologi Theod. Bezae, qui in *Cap. XXIII. Act. Apost.* 42  
*tradit, licere Christianis de iniuriis conqueri impiosque ad DEI Tribunal citare, modo id fiat sine rancore & depravato animi affectu.* Quod ultimum postulatum veritas ipsa Bezae affert, & vix est vt priorem assertionem non tollat, cum indivulso nexu depravatus affectus & eiusmodi citationes cohærere videantur. Refragantur præterea praxis dulcissimi Seruatoris omniumque Sanctorum in primis Protomartyris S. Stephani *Act. VII.* qui, (quod pie annotarunt quidam SS. Patrum) *stans pro sua v. 59. in genua procumbens pro inimicorum salute, v. 60. preces fudit.*

Ceterum priusquam pedem promoveam necesse est 44  
 vt principalem remoueam obiectionem. Dicis forte; Si omnes maledictiones & imprecationes sunt illicitæ & damnandæ non opus est vt amplius desudes in enodatione Thematis de *exsecrationibus ultimarum voluntatum*; cum tali ratione & illæ omnes erunt impiæ & sic reiiciendæ. Sentio hunc scrupulum euellendum esse, si feliciter in semita quam semel ingressi sumus, progredi velimus. Quapropter cum Celeber. Dn. Becmann. in *Do-* 45  
*ctrin. moral. cap. 14. §. II.* bene distinguendum puto; an *super re commissâ*; an vero *super committenda* alicui maledicamus. Quæ hætenus adduxi maxime pertinet ad factam commissam a quibus metus priuatorum affectuum atque peccaminosus vix separari potest. Interim omnem obtestationum & execrationum usum cum Anabaptistis e Rep. minime exterminatum volumus, modo sint termini habiles & rei grauitas hoc requirat. Sæpius enim obtestationes & maledictiones adiiciuntur salutari-  
 bus

46 bus Constitutionibus quo maior reuerentia actiorque obligatio in animis subditorum producat. Non video quid peccati subsit *formule exsecratoriae*, qua Imp. Leo & Alex. in Constit. quæ Nouel. Leon. a *Gotthofredo*, interprete *Enimundo Bonofidio* subiuncta, denotant in iudices si iustitiam non sancte colant. Hanc, quia digna, vt a Iudicibus non chartis perituris, sed memori menti inscribatur, apponere forte non præter rem erit. Inueniatur inquit, *iste Deum & caelestes omnes ac incorporeas potestates sibi nunquam non aduersantes. Immature ex hac vita excidat potius quam excedat. Incommodis insuper afficiatur perpetuis, ipsius adium fundamenta ignis tandem devoret & posteritas eo redigatur inopia vt panem ostiatim queritet. Atque hac iure sane optimo propterea quod leges quas liberrimas esse oportuit seruas quodammodo ac captivas effecit fictorum prauorumque iudiciorum.* Quilibet certe hic facile conicere potest, non rancorem aut vehementiam odii in certam personam, causam dedisse hisce exsecrationibus; quin potius Imperatores optimos ab iniustitia committenda, absterere voluisse iniquos iudices. Quapropter harum maledictionum, vt omnium actionum bonitas, ex fine & salutari scopo facientis metienda est. An vero idem iudicium ferendū de exsecratione quam præscriptam legimus a Iustiano in *Nouell. 8. in fin.* primo intuitu hæere posses. *Primaria contenta*

48 ita se habent: *Iuro puram conscientiam germanumq; seruitium me seruaturum sacratissimis nostris Dominis Iustiano & Theodoro coniugi eius (miratur valde Bachouius ad Treutl. Disp. II. th. 1. C. hunc stylum Iustinianæ curiæ) Si vero non hac omnia ita seruauero: recipiam hic & in futuro seculo in terribili iudicio magni Domini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi & habeam partem cum Iuda, & lepra Giezi & tremore Cain. &c. qui formulam hanc accuratius secum pensitat, deprehendit*

fat

fat causæ habuisse Dionys. Gothofredum cur ad h. l. an-  
notaret: *Nota formulam diræ imprecationis; pars cum Iuda, le-*  
*pra Giezi, tremor Caini.* Nihilominus cum vicissim perpen- 49  
dimus quam facile illi, qui administrationibus præpositi,  
fibulam laxent affectibus, inprimis auaritiæ, videtur ex-  
cusari posse dira ac dura sua formula imprecandi, Iustini-  
anus, quippe qui, vti constat, Græcis imperabat eorumq;  
ministerio fruebatur, horum vero fluxa & sublesta fides  
vel publ. prouerbio traducebatur, ita vt punica & græca  
fides pro nulla habita fuerit. Hinc fraudibus & dolo ob-  
viam voluisse ire censendus est; atque sic iterum hæc im-  
precatio bonitatem suam a bona intentione Imp. fœnera-  
ri potest.

Videamus hac occasione ob argumenti affinitatem de 50  
adiurationibus. Adiurare enim iuxta Dœring. *in Bibl. Iur. sub*  
*voce hac*, nihil aliud est, quam alicui iram Dei imprecari, si quippi-  
am nominatim fecerit, dixerit, aut retinuerit, a quo non multum  
ablitit H. Grotius *in Comm. ad Matth. XXVI. 63.* ap. Calouii-  
um *in Bibl. Anti-Grot.* huic enim adiurare idem est ac gra-  
ui obtestatione per nomen diuinum religionem alicuius animo in-  
iicere. Eiusmodi vero adiurationes vel erant licite, prout  
aut a Deo præceptæ, aut rationabili consuetudine inua-  
luerant; vel illicitæ, prout, siue ex superstitione, siue ex va-  
nitate, in abusum trahebantur. Ad priorem classem abs-  
que dubio pertinet *potio maledicta Num. V. 17. 19.* præscripta 51  
populo speciatim Iudaico, quæ peragebatur ad instantiam  
coniugis zelotypi a Sacerdotum principe, qui adiurare  
mulierem suspectam potionemq; amaram & maledictam  
propinare tenebatur. Verum hæc specialis populo Iu-  
daico fuit, mereturque locum inter leges illas forerfes,  
quarum vis, mox ab initio noui fœderis, in vsu esse desit ac  
expirauit, vti bene inculcat Cl. Becman. *in Paral. Polit. qui,*  
C  
fructa

52 frustra Pontificios probationes suas *vulgares & Canonicas* inde defendere, docet. Ceterum & ad primam classem, adeoque ad legitimum vltimum pertinebat, quando teste Grotio ad *Genes. 24.* Iudæi talem adiurationem, siue exorcismum, adhibuerunt, *vt aut testibus testimonium, aut reis confessionem exprimerent.* Atque ex hac consuetudine putat Grotius se optime explicare posse difficilem *Leuit. V, 1.* locum, in qua re an acuram tetigerit, videtis Calov. in *Bibl. Anti-Grot. ad h. l.* Hoc interim certum quod in nostris iudicii adiurationes, siue testium, siue rei, aut ad incorruptum testimonium, aut ad candidam confessionem edendam, non sint in usu. Succesit enim apud nos in locum earundem iurisiurandi religio. Quomodo vero differat iuramentum & adiuratio, optime tradit Dominicus a Soto de *I. & I. l. 8. qu. 3. cum iuramentum ab aliquo capitur, idem ipse a quo capitur actione propria iurat, e contrario adiuratio non est actus eius qui adiuratur, sed adiurantis.* Præter hæc vero quin reliquas adiurationum species in classem rerum illicitarum redigamus, nihil videretur obstare. Inter illas vero facile primo loco caput extollit, modus *adiurandi siue exorcizandi demones in obsessis*, qui vixit in primitiuis seculis vbi Ecclesia sanctitatis vitæ erat virgo, inter charismata siue dona miraculosa a Salvatore *Marci vlt. promissa*, connumeratus fuerit; attamen progressu temporis, in ualentibus tenebris Anti-Christianismi, hæc charismata, & inter illa eiectio dæmonum, euanuit & succesit sub papatu impostura sub specie sanctitatis illudens, vti ipse Soto *c. l. fatetur*, eius rei se oculatum testem vocans. Neque hoc mirum, cum in superba Hierarchis clericali peculiaris ordo Exorcistis vindicetur. vid. Ziegler. ad *Lanc. Inst. l. Can. Hoffman. in Lexic. vniu. sub voce Exorcista.* quasi vero dona Dei miraculosa adstricta essent certo cuidam collegio



gio peculiari caractere insignito. Hinc etiam videas 54  
neque Megalandrum Lutherum, neque alios cordatos Theologos, aliquid spei aut fiduciae in eiusmodi adiurationibus daemonum ponere. Christus enim preces & ieiunia commendauit in his casibus. *Marc. IX. 29.* add. Balduinus in *Cas. conscient.*

Cum vero illa adiurandi ratio, qua Pontificii vulgo vtuntur in obsessis, tantis labore nauis superstitionis, affectionis nominis diui in vanum, tentationis Dei &c. ex facili coniectu est, quid sentiendum sit de temeraria curiositate Petri Cottoni Loyolite & Confessarii Henrici IV. Galliarum Regis, qui teste Historicorum nostri & superioris aui Principe, Thuano *Histor. lib. 132. ad An. 1604.* excantandi spiritus fiducia fretus, ex obsessa & energumenta *Hadriana Fraxinea* sciscitatus est multa, quae aliunde cognoscere spes ipsi non erat v. c. *an lingua a Deo? Quomodo Archa Noe animalia capere potuerit? Quis euentiss. locus S. Scripturae ad probandum purgatorium & invocationem Sanctorum? Vbi paradysus terrestris fuerit? qua ratione conuersti Rex Angliae & tota Insula queat?* & aliae quaestiones curiosae scituque dignae, si ab alio praecipite quam diabolo, patre mendaciorum, erudiri voluisset Iesuita. vid. elegans iudicium laudati Thuani de hoc facto *l. cit.* Interim non existimandum est, ideo a nostratibus eiectionem daemonum per adiurationem siue exorcismum reiici, ac si cum nonnullis Nouaturientibus, Hobbessio in *Leviathane*, aliisque vid. Nath. Falckii *Diss. de Demonologia Autor. Recentiorum. Cap. I.* plane nullam corporalem obsessionem crederent; sed ideo, quia longe alia media in verbo Dei proposita sunt.

Equidem possem recensere plura adiurationum 56  
genera, qualia sunt *fluxum sanguinis adiurare per sanguinem Jesu Christi*, de quo vid. Wolff, ex Cardano *lection.*

*memorab. Tom. II. p. 483. Quensted. in Diss. de Sang. Jesu Christi §. 72. ibi: quid queso potest dici in sanguinem Jesu Christi contumeliosius? conf. & de variis exorcizandi ritibus papicolarum, quos adhibuerunt in fugandis locustis & aliis insectis Excell. Dn. Hebenstr. Diss. secund. de Locustis cap. 1. Sed cum ex professo hanc materiam non excutiamus, sufficit mihi demonstrasse ex allatis exemplis, materiam maledictionum, execrationum, adiurationum, quæ ex vno fonte scaturiunt, esse ex illarum rerum censu, quæ laudem & vituperium ex circumstantiis, variisque negotiorum figuris, merentur. Etenim quam arcto inter se nexu deuinctæ sint execrationes & adiurationes, patet ex antiquissimo exemplo quod occurrit in *Novell. LIX. cap. 7.* vbi circa finem, postquam Iustinianus adhortatus esset, ad certum numerum ergasteriorum semper immunitum conservandum, adiicit: *Sed & ipsum imperium coniuramus, ad magnum respicientes Deum ut semper sceptrorum Dominus huic rei vigilanter provideat &c.* Efficaciam huius coniurationis, & vt illa *Nov.* in usum fuisset semper traducta, optat Dn. Schil. *ad Coroll. in Exerc. XXI.* Ceterum mihi nunc conuenit dispicere in cap. II. & seqq. quid tandem in specie circa execrationes vltimarum voluntatum licitum iustumue sit, nec ne.*

CAPUT II.  
DE EXSECRATIONIBVS TESTA-  
TORUM VALIDIS AC LICITIS.

SUMMARIÆ.

*Testamenta absolute conside-* Quatenus dici possit Iuris Ciu-  
*rata sunt l. N. & G. n. 1* *lis.* *n. 2*  
Addu-

TESTATOR. VALIDIS AC LICITIS.

21

|                                   |                                   |       |
|-----------------------------------|-----------------------------------|-------|
| Adducitur L. 1. C. de S. S. Eccl. | Illustratur hoc ex Alcorano Tur-  |       |
| n. 3                              | carum.                            | n. 18 |
| De quare loquatur Constantinus    | Confirmatur exemplis.             | n. 19 |
| in d. l. inquiritur.              | Paronesis ad liberos.             | n. 20 |
| Ultimæ voluntates fauorabiles     | Subiicitur memorabilis casus in   |       |
| sunt.                             | Facultate Iurid. Hallensi de-     |       |
| n. 5                              | cisus.                            | n. 21 |
| Origo execrationum in Testam.     | Iuramentum testatoris habet       |       |
| ex desiderio implendi vlti-       | clausula Codicill. vim.           | n. 22 |
| nam voluntatem.                   | Testamentum iuramento confir-     |       |
| n. 6                              | matum, revocari an possit?        |       |
| Illustratur hoc exemplo Herculis. |                                   | n. 23 |
| n. 7                              | Quod de Foro Civ. aff. de consci- |       |
| It exemplo Patriarcharum Iacobi   | entix foro neg.                   | n. 24 |
| & Iosephi.                        | Maledictis confirmatum testam.    |       |
| n. 8                              | renocari potest.                  | n. 25 |
| Obiter refutatur Bellarminus Be-  | An filius ob testamentum, quo     |       |
| canus & c.                        | cum maledictis parentes ex-       |       |
| n. 9                              | cluserat, possit exheredari.      |       |
| Elegans ratio Sanderfoni, quare   |                                   | n. 26 |
| Patriarchæ in iuramenti præ-      | Disquiritur an hæc causa sit una  |       |
| statione femori supposuerint      | ex illis que in Nov. us. expri-   |       |
| manus.                            | muntur.                           | n. 27 |
| n. 10                             | Affirmatur hoc cum ratione.       |       |
| Demonstratur exinde maledicti-    |                                   | n. 28 |
| ones testamentis addere sim-      | Ratio illa exploditur.            | n. 29 |
| pliciter non esse illicitum.      | Rostochiensis Facultas negavit    |       |
| n. 11                             | quæst.                            | n. 30 |
| Remouetur obiectio.               | Affirmatiua verior videtur.       | n. 31 |
| n. 12                             | Concluditur materia cum exem-     |       |
| Illustratur hoc exemplo sacro &   | plo notabili.                     | n. 32 |
| profano.                          |                                   |       |
| n. 13. 14                         |                                   |       |
| Potestas, valide maledicta testa- |                                   |       |
| mentis adiciendi, parentibus      |                                   |       |
| vindicatur.                       |                                   |       |
| n. 15                             |                                   |       |
| Ratio huius rei adiucitur.        |                                   |       |
| n. 16                             |                                   |       |
| Ostenditur parentum execratio-    |                                   |       |
| nes liberis periculosas esse.     |                                   |       |
| n. 17                             |                                   |       |

C 3

De

|    |  |  |
|----|--|--|
| 22 | CAP. II. DE EXSECRATIONIBVS              |  |
|    | <i>De fundatione piarum caufarum</i>     | <i>Reinkingii. n. 43. feqq.</i>          |
|    | <i>sub exsecrationibus. n. 33</i>        | <i>Adducitur, quomodo maledictio-</i>    |
|    | <i>Memorable exemplum huius rei</i>      | <i>nes fundatorum, in benedi-</i>        |
|    | <i>adducitur. n. 34</i>                  | <i>ctionem conuerti poffint. n. 46</i>   |
|    | <i>Aliud non minus infigne exem-</i>     | <i>Rationes afferuntur ex B. Se-</i>     |
|    | <i>plum additur. n. 35</i>               | <i>ckendorff. n. 47</i>                  |
|    | <i>Confirmatur Testamentis Remi-</i>     | <i>Laudantur ex hoc capite Duces</i>     |
|    | <i>gii &amp; Wilibrordi Epifcopo-</i>    | <i>Wirtembergici. n. 48</i>              |
|    | <i>rum. n. 36. &amp; 37</i>              | <i>Sereniff. Duces Saxon. n. 49</i>      |
|    | <i>Plures exsecrationum formulae,</i>    | <i>Item Tigurini in Heluetia. n. 50</i>  |
|    | <i>n. 38</i>                             | <i>Inprimis hanc laudem meretur</i>      |
|    | <i>An omnes he exsecrationes in-</i>     | <i>Domus Brand. n. 57</i>                |
|    | <i>violabiliter feruanda, disqui-</i>    | <i>Frider. Wilb. M. El. Brand. dona-</i> |
|    | <i>ritur. n. 39</i>                      | <i>tio ex Bon. Ecclef. Acad. Fran-</i>   |
|    | <i>Difficultas huius queft. n. 40</i>    | <i>cof. facta. n. 52</i>                 |
|    | <i>Allegantur Autores feccularifati-</i> | <i>Barclaii vt &amp; Burchardi expo-</i> |
|    | <i>onis materiam tractantes. n. 41</i>   | <i>ftulutiones Super Bonis Ecclef.</i>   |
|    | <i>Respond. dd. queft. n. 42</i>         | <i>n. 53. &amp; 54.</i>                  |
|    | <i>Admonitio Mauritiij, Peckii &amp;</i> | <i>Concluf. huius cap. n. 55</i>         |

1 **Q**ui modum difponendi de bonis per vltimam  
 voluntatem, absolute fpectatum, iuris Naturæ  
 aut Gentium effe dicunt, cum Struuio *Syntag.*  
 2 *Jur. Civ. Exerc. XXXII. S. 3.* a regia veritatis via mi-  
 nime aberrare videntur. Equidem teftamenta, vt alii  
 actus, formam certam poffunt accipere a iure Ciuili, ipfa  
 tamen fubftantia, feu, vt liceat de rebus fuis efficaciter  
 3 difponere, cognata eft dominio, & fic fluit ex iure Natu-  
 ræ. Optime igitur pronunciat Constantinus Imp. *in L. 1.*  
*C. de SS. Eccl. Nihil eft quod magis hominibus debeat, quam vt*  
 4 *supreme voluntatis (postquam iam aliud velle non poffit) liber*  
*fit ftylus, & licitum quod iterum non redit arbitrium. Quam-*  
 vis

TESTATOR. VALIDIS AC LICITIS.

23

vis vero Imp. loquatur de Testamento ad pias causas, si quis  
*scil. sanctissimo Catholico venerabilique concilio decedens bona  
 quaedam reliquerit*, uti ipsissima verba legis habent conf.  
 B. Brunnem, in *Comm. Cod. ad b. l. Ant. Peretz. in Cod. ad  
 b. t.* Nihilominus verba hæcce elegantiss. ad quasuis vltimas  
 voluntates extendere, haud inconueniens puto. 5  
 Habent enim maximum favorem ultimæ voluntates, cum  
 non exiguum mortalitatis solatium sit, si, quæ quisque  
 per vitam suam acquisivisset, ad illum potissimum per-  
 venirent, quem ipse maluisset. Pufend. de *I. N. & G. Lib.  
 IV. c. X. §. 5.* Intra hinc plurimis mortalium penitusque 6  
 infixæ mentibus eorum cura est, ut supremis, quas con-  
 dunt tabulis, sua constet post cineres etiam sanctitas illi-  
 batusque vigor. Et cum diffidant, quod pudor & bene-  
 ficiorum memoria fat arctum vinculum huic scopo obti-  
 nendo sint, quo minus posteri sub variis prætextibus  
 subruere eas valeant, hinc iniecta mentibus religi-  
 one, ac sacro quasi horrore, successores obligare, pru-  
 dentissimi etiam allaborarunt. Ut enim nihil dicam de 7  
 ethnico domitore monstrorum Hercule, ab Hyllo super  
 vltimis mandatis exsequendis iuramentum exigente, a-  
 pud Sophoclem *Trachin. v. 1192.* Alia supersunt exem- 8  
 pla; nam ipsos sanctissimos mortalium, Patriarchas, hoc  
 fecisse, ex sacro codice percipimus. Iacobus enim mori-  
 bundus *Genes. XLVII, 29.* gravissimo iureiurando obstrin-  
 xit Iosephum & hic postea fratres suos, *Gen. L, 25.* ut ex-  
 uvias ac cineres suorum corporum secum asportent ex  
 Ægypto in Palæstinam. Enim vero lubentes hic præ- 9  
 teruehimur ineptas rationes *Bellarmin, Becani, Costeri,* ali-  
 orumque, exinde cultum religiosum reliquiarum dedu-  
 cere volentium; cum non ignari simus, hoc citra dubi-  
 um protectum fuisse, ex Patriarcharum pio desiderio &  
 spe

- spe, Messiam quem in spiritu præuidebant, nasciturum & moriturum esse in terra Canaan, prout bene hoc vrget contra Pontificios B. Io. Meisner. *Diff. de sepulch. Moyf. c. 7.*
- 10 §. s. Hinc pie etiam Theologus Anglicanus Rob. Sander-  
son in *Prælect. de iuram. oblig. præl. V. section. XI.* ritum, quo  
in iuramento vsileguntur, *suppositionem* scil. manus *fœmori*,  
ab hoc desiderio deriuat, *quod factus sit in signum fidei, qua*  
*credebant in semen benedictum egressurum de femore Abraha,*
- 11 Interim clarissimum documentum nobis est, quod etiam antiquissimi mortalium suos, ad vltima mandata obseruanda, iureiurando adstringere consueuerint, velut nullo alio humano vinculo satis valido, ad illa intemperate obseruanda & custodienda. Quam ob rem nullo modo vitio alicui verti posse, videtur, si quis illum, quem alias ad supremam suam voluntatem adimplendam habet obligatum, adhuc fortiori vinculo siue iuramenti, siue
- 12 execrationis & maledictionis, obstringat. Equidem præuideo nonnullos fore qui in ea hærebunt persuasione, superfluum esse illos maledictionibus onerare, quibus etiam sine iisdem terriculamentis, obsequii gloria relicta est. Verum optandum esset, vt multi ab illo obligationis vinculo, quo pro condicione sua obligati sunt, non tentarent variis sub prætextibus sese liberare, certe hoc casu nullum arctius vinculum constringendi excogitari potest, quam metus religionis. Accedit quod exemplis sacris & profanis hoc stabiliri possit.
- 13 Mandato Dei Moyses horrendis maledictionibus pronunciandis a Leuitis ad corroborandam Legem *Deuteronom. XXVII, vers. 14. seqq.* vtitur. Et tamen vi imperii & reuerentiæ obstricti erant Israelitæ. Sic, vt & profanum exemplum addamus, *erranti viam non monstrare, Athenis execrationibus publicis sancitum est,* teste Cicerone
- Lib.

*Lib. 3. de offic.* Cum igitur Leges Ciuiles Maieſtates legiſlatoris munitas, exſecrationibus munire non inſolitum fuerit; Quid cauſæ eſſet, vt vltimas voluntates maledictis corroborare, inter vetita aut ſuperuacanea numerandum eſſet? Præſertim ſi grauitas rei, perſonarumque, quæ in noſtra poteſtate ſunt, ſtatus & qualitas hoc permittant. Inter perſonas vero, quæ ob peculiarem, quam ipsis vindicant iura diuina & humana, poteſtatem, exſecrationes in vltimis ſuis voluntatibus adhibere, arctiorique vinculo conſtringere valent, eminent facile parentes. Vtut enim cuius permiſſum vltimas tabulas fulminibus imprecationum in transgreſſores eubratibus obſignare; attamen non omnium perſonarum ſtatus aut qualitas permittit, vt exſecrationes illæ ſperato effectu, teſtamenta nimirum inuolabilia reddendi, gaudeant. Inprimis enim qui autoritatem aliquam aut poteſtatem habent, in alios ſibi ſubiectos, maioris validitatis gratia, exſecrationes adiciere valent.

Videri hic itaque non incommode poteſt, an parentes ius habeant liberos ſuos in teſtamento imperfecto obligandi? Quam quæſtionem vtut multi ſint qui negent Pufend. *de I. N. & G. L. IV. c. 10. §. 7.* Mœſtertius *de Juſt. LL. Rom. lib. II. dub. 46.* Mauritius P. 2. *Conf. Chilon. X.* Mihi tamen videtur affirmatiua & reuerentiæ & pietati parentibus debitæ multa conuenientior; vt ita non abſque ratione contrariam ſententiam tueantur Molina *de I. & I. tr. 2. diſp. 81. n. 17.* Steph. Eragundez. *de I. & contr. lib. 6. cap. 6. §. 1.* & citati a Struv. *Ex. 32. tb. 16. in ſin.* Quodſi itaque diſpoſitione paterna etiam in foro externo imperfecta, conſtringantur liberi in conſcientia ad obſeruandam patris voluntatem; quis dubitet obligari eos, ſi ſeueram exſecrationis clauſulam adiecerit pater teſtamento licet imperfecto. Diræ

D

nam-

namque parentum imprecationes raro sunt irritæ, vt ad-  
 eo iis nihil periculosius esse liberis, sapientissimus Plato,  
 18 optime monuerit. Nec pro cetera sua stultitia in reli-  
 gione Turcarum cauit Mahumedes legislator, vt liberi ab  
 execrationibus parentum sedulo cauerent sibi vid. Müll-  
 19 ler, *in Histor. Turcic. P. I. c. 4. p. 14.* nec desunt tristitia exem-  
 pla huius rei, congeſta ab And. Hondorff. *in Promptuar. Ex-*  
*empl. P. 1. ad IV. Præcept. Decal.* Caueant igitur liberi, ne te-  
 20 mere vltimas parentum voluntates execrationibus mu-  
 nitas spernant, aut iis contrauenire audeant, licet ob quas-  
 dam neglectas solennitates & alios defectus in foro ciui-  
 21 li hoc facere possint. Pertinet huc casus, super quo res-  
 ponsum fuit ab Illust. Facult. Iurid. huius loci Mens. De-  
 cembr. 1697. vbi auia neptem etiam a rebus ad Geradam  
 pertinentibus excluderat, his verbis: Aber J. S. B. B.  
 daß mir ungehorsame und falsche Mensch/ die mich zu mei-  
 nen vielen öſtern Brandheuten gebracht / soll das geringste  
 nicht davon haben/ so ich verschworen/ und die ihr was da-  
 von geben mit meinem Fluch belegen haben will. Cum au-  
 tem hac ratione contra Iura Saxonica disponderetur, quæ-  
 situm fuit, Ob die übrigen Brüder und Schwestern be-  
 fugt / der Schwester solche Sachen vor zu enthalten? Ad  
 quam quæst. responsum: Daß wann J. S. B. B. ohne-  
 achtet des Großmütterlichen Fluches/ ihren Antheil  
 von solchen Gerade Stücken/ fördern solte/ ihr Geschwi-  
 ster solches ihr vorzuhalten nicht befugt. V. R. B. quo-  
 ipso indigitatum est melius facturam esse exclusam, si pro-  
 prer adiectam execrationis formulam illas res non pete-  
 rer & sic suæ consuleret conscientiæ. Quo de casu inferi-  
 us c. 3.

22 Sed redeundum ad testamenta imperfecta, vbi non  
 inconcinne dici possit, perinde vt iuramentum, si etiam  
 male-



TESTATOR. VALIDIS AC LICITIS.

maledictionem testatoris, habere vim clausulae codicillaris per l. cum pater 77. matrem. 23. de leg. 2. vid. Gutierrez. de iure confirm. p. 2. c. 2. n. 8. 9. Cum ratio quae in dict. l. 77. additur, quod iuramentum de serua voluntate testatoris testetur, etiam optime quadret ad maledictiones. Atque adeo omnia vitia quae sanantur clausula codicillari, & sanabuntur, si maledictiones contra testamenti violatores adiciantur.

Et haec comparatio inter iuramentum testatoris & maledictionem eiusdem etiam extendi poterit ad hoc, ut asserere queamus, testamentum, quod maledictionibus & iuramentis confirmatum est, reuocari tamen posse, uti concludit Gutierrez P. 2. c. 1. n. 2. (postquam in utramque partem hoc ventilasset,) & quidem ex communi Brocardico, quod nemo in ultimis voluntatibus sibi posuit eam legem dicere, a qua ipsi postea recedere non liceat, l. 22. pr. ff. de leg. 3. Id vero quamuis secundum principia iuris Rom. bene procedat, nihilominus manet & vera conclusio, grauius peccare in conscientia, qui reuocat tale iuratum testamentum. vid. Dn. Stryk. Diff. de Conscient. For. cap. 4. n. 17. Et in Annot. ad Lauterbach p. 708. Interim tamen non peccat qui testamentum quod maledictionibus munierat reuocat, cum ille qui maledicit alicui si hoc vel illud faciat aut non, alium, non vero se ipsum obligare intendat, & sic libertas voluntatem in melius mutandi, ipsi manet salua.

Ceterum alia adhuc quaestio ventilatione digna hic discutienda venit; An nimirum filius emancipatus parentis cum maledictionibus excludens, propterea aut ipse exheredari aut nepotes possint? Ratio decidendi huc redire videtur; An inter causas exheredationis in Nouell. 115. praescriptas, & haec possit referri, de quo nullum dubium videtur

28 tur iis qui memoria tenent versiculos illos glossæ, quos  
 repetit Brucfulbergius *in memor. Iurid. p. 92.* ex Wesembec.  
*ff. de liber. & postb. n. 4.* Bis septem ex causis exheres filius  
 esto, si patrem feriat, *vel maledicat ei &c.* Quibus verbis  
 29 nil clarius fingi potest. Verum est hoc exemplum cla-  
 rissimum minus tuto fidem haberi glosfis & riuulis non  
 inspecto textu ipso. Quod si enim nouellam ipsam euol-  
 uamus, deprehendimus ne gry quidem inueniri de ma-  
 ledictionibus, sed hoc, *si grauem iniuriam intulerit*; an ve-  
 ro *maledictiones* sub graui iniuria comprehendi possint,  
 30 anceps disceptatio est. Mihi vero negatiua sententia  
 magis arridet, quam etiam in casu, huic fere simili, am-  
 plexam esse Facultatem Iuridicam Rostochiensis edo-  
 31 ctus sum. Præsertim cum exhereditatio omnium Do-  
 ctorum calculo odiosa, & hinc restrictioni merito locus  
 relinquendus.

32 Antequam vero dimittam parentum exsecrationes, dis-  
 cussionem meretur casus, qui, vt relatum mihi est, acriter  
 adhuc disputatur, sc. quidam cui infelix & rixis plenum  
 incercefferat coniugium, moribundus ita disponebat in  
 testamento: *Meine Tochter A. W. S. seze ich zum Erben  
 ein / solte sie aber mit ihrer unchristlichen Mutter heimlich  
 colludiren / und bey ihrer ungerathenen / Lastervollen / böss-  
 haften Mutter / und unter ihrer Seelen verderblichen edu-  
 cation, sich nach meinem Tode aufhalten (inmassen ich sol-  
 ches besagter meiner Tochter bey Vermeidung meines  
 väterlichen schweren Fluchs und Vermaledeyung  
 hiermit ernstlich verbothen haben will) soll dieselbe nur legiti-  
 mam haben.* Disputatur super hoc testamento, tam in  
 genere, annon id ipsum pro inualido habendum, quam in  
 specie, annon illa dispositio de educatione filia, vt turpis,  
 pro non adiecta reputanda? Videtur vtrumq; affirman-  
 dum

dum esse, & prior quidem quæstio eapropter, quod maximo calore iræ abreptus pater, potius non sanæ mentis fuisse credatur, & sic testamentum subsistere nequeat; posterior ideo, quod omnino turpe videatur, odium erga matrem quasi filiaë instillare, & matri educationem denegare, quæ tamen ipsi iure Naturæ æque ac patri competit Puffend. *de I. N. lib. 6. cap. 2. §. 5.* Cum etiam de Iure Civili liberitramdiu a matre educandi, donec vitricum non introduxit *L. 1. C. vbi pup. educ. Nou. 22. cap. 38.* Sed verior omnino est contraria sententia, & validum esse hoc testamentum, & validam de educatione filiaë dispositionem. Nec enim ex verbis prædictis vlla mentis alienatio apparet, quin potius sollicitus fuisse præsumitur testator, ne ex malis & deprauatis moribus matris suæ filia etiam quidquam hauriat, vt ita paterni officii memor hoc fecerit. Quod vero educationem filiaë attinet, satis ex iure constat patris voluntatem inprimis hoc passu sequendam esse. *L. 1. ff. vbi pupil. educ. Surdus de aliment. tit. 4. q. 13. n. 2.* Et hac demum deficiente, matri educationem permitteadam. Cum itaque pater hic noluerit vt penes matrem educaretur filia, idque ex grauisimis validissimisque rationibus, haud dubie eius voluntas hic attendenda, id enim agere Prætorem oportet, vt sine vlla maligna suspitione alatur partus & educetur *d. l. 1. §. 1. ff. vbi pup. educ.*

Aurem iam mihi vellicant reliqua, quæ inquisitionem merentur, potissimum Donationes Ecclesiasticæ, siue ad *pias causas*. Talia enim testamentis prioribus seculis execrationibus & maledictionibus impleta fuisse contra illos, qui ausuri essent legata illa & destinata ad cultum Dei infringere, hospes sit in antiquis fundatio-

- nibus quem hoc fugiat. Hinc peruerusta monumenta monasteriorum nil aliud quam Sodomitarum & Gomoræorum ignem ac sulphur, damnationem Dathan & Abyræ, in violatōres testamentorum detonare videas.
34. Memorabile inter innumerabilia est exemplum est, quod legitur *in document. Monast. redv. in Wirtenb.* inter monumenta *Monast. Hirsang. fol. 57.* vbi Comes Albertus de Calw. 1075. obsecrat Apostolum Pontificem per Christum & per S. Petrum & per omnes Sanctos, vt testamentariæ huius conscriptionis destructorem, nisi resipuerit, tradat omnino Sathana & anathematizet eum ac profanet a consortibus & filiis Ecclesie Sancti Dei, & hereditibus vitæ æternæ, vt auferat Deus memoriam eius de terra viventium & deleat nomen eius de libro vitæ, vt cum Dathan & Abiran, quos terra aperto ore deglutit, perennem incurrat damnationem & vt Herodis, Pilati & Iuda socius factus in æternum disruciatur, & cum Sodomitis & Gomorritis ignes sulphuris hic experiatur, & Heliodori plagas & verbera hic perpetiatur & Antiochi tormentis vermicibus scil. scaturiens & cum factore computrescens, miserrime conteratur &c. Hancce vero testamentariam dispositionem vna cum prædictis diris exsecrationibus confirmavit Henricus IV. Imp. Romanus 1075. Idem exsecrationum fulmen occurrit in Diplomate a *Guelphonibus* dato *Cœnobio Weingartheni* a se fundato A. 1008. vbi ita germanice invehitur fundator in destructorem monasterii. Denselben Gottes Feind laden wir um dasselbe Mayn/ für Gottes Richterstuhl an den jüngsten Tage zu antworten Gottes Blut/ St. Martin/ S. Schwald &c. vid. Speidel. *in Notabil. Hist. polit. Iurid. voce Stiffung.* Sic in Testamento S. Remigii Reorum Archipræsulis, alienator, petitor, dator, acceptor, peruasor, perpetuo vinculo Anathematis damnationisque infernalis, ab Ecclesia seiungun-

## TESTATOR. VALIDIS AC LICITIS.

31

iunguntur ap. Aubert. Miræum *in Cod. piar. Donation, cap. I.*  
 nec parcius stygiæ tartaræque execrationes cumulan-  
 tur in caput destruentium, in Testamento *Clementis Wi- 37*  
*libroris* Episcopi, quod inuenire licet ap. Scribonium *in*  
*Origin. c. 5.* Notatu etiam dignum est exemplum quod ex  
 antiquissimis monumentis Monasterii S. Mariæ Magde-  
 burgens. luci exposuit Dn. D. Phil. Müller Can. & Præpos.  
 dict. Monasterii, in pecul. scripto, hoc anno, 1. Iun. edito  
 quo restaurationem huius monasterii & huic annexam  
 scholam, serio vrget, eumque infinem diras illas exe-  
 crationes Archi-Episcoporum *Geronis & Norberti* adducit.  
 Prioris de Magdeburg. Mens. Decemb. 1015. ita sese  
 habet. Nachdem nun dieses also gesetzt und durch gewis-  
 se Zeugen bestätigt ist / so thun wir aus Macht des Heil-  
 Geistes / in Krafft unsers HERN JESU CHRISTI / in den  
 Dann und sondern durch ewigen Fluch von der Gemein-  
 schafft der himmlischen Bürgern ab / denjenigen der sich  
 diese unsere Stiftung zu verlesen und durch verwegenen  
 Zuhst in einigem Stücke zu zernichten unterwinden  
 und erkühnen wird. Eiusdem fere tenoris Exsecratio  
 est, quæ facta a Norberto 1126. ubi ita concludit: *Der*  
*sey anathema maranatha, verflucht biß auff den Tag un-*  
*sers HERN.* Plures execrationum formulas exhibet  
*Petreus de Monaster. p. 74. & passim, Speidel, l. c. vt & in*  
*voce Geistl. Güter. Besoldus Thesaur. pract. voc. Stiftung.*  
*& ibid. additionator doctif. Ditherrus. Hornbeck. in Exam.*  
*Bulla Innocent. X. p. 163.*

*An vero imprecationes hæc, testamentis ad pias causas ad-*  
*iectæ, tantam habeant efficaciam, vt inuolabilitatem eorundem se-*  
*cum afferant, nec illa bona in alios profanos q. vsus conuerti a posteris*  
*potuerint? anceps nec vno modo decisa quæstio est, cum*  
*nemo*

32 CAP. II. DE EXSECRATIONIBVS

- 40 nemo ignorare possit, quanto animorum motu, initio huius seculi, tam a Teologis quam Politicis Canonis-  
 farum in Imp. religionum, super hac re certatum sit, ad-  
 eo vt tantum non tricennario bello, quo nostra Germa-  
 nia misere deflagrauit, Troianoque Regno ter infelici-  
 or fuit, causam dederit hæc disceptatio. Equidem instituti  
 ratio non permittit, difficillimam hanc litem denuo ex-  
 cutere, præsertim cum iam dudum hoc fecerint Schurff.  
 41 *Cent. 1. conf. 48. conf. 90. Nic. Reusner. lib. 4. dec. 7. Rumelin.*  
*ad A. B. diff. 3. & Myler. in addit. Lehman. de Pac. relig. l. 3.*  
*c. 34. Cran. Diss. de pac. relig. P. 1. probl. 5. Syring. (sub quo*  
*nomine celebris publicista Theodor. Sprenger latere*  
*creditur) de pac. relig. concl. 28. lit. B. Suevus ad pac. relig.*  
*p. 134. Hortleder in Reichshändeln. L. 4. c. 7. num. 10. Carpz.*  
*ad L. Reg. cap. 4. Sect. 4. aliique. Interim vt dictæ quæ-*  
 42 *stioni satisfaciamus; intrepide cum B. Luthero Coll. Mens.*  
*c. 56. & Tom. 7. Ien. Germ. p. 201. vt & B. Ioh. Gerharo Con-*  
*fess. Cathol. lib. 1. p. 914. concludimus; gratisime peccare*  
*in conscientia Principes, qui bona a maioribus ad pios*  
*vsus tam enixi voluntate destinata inuadunt, in profa-*  
*nos vsus conuertendo, violandoque defunctorum extre-*  
 43 *mas maledictionibusque communitas voluntates. Gra-*  
*viter hinc monet non vulgaris iudicii ICTus B. Mau-*  
*ritius in Diss. de Secular. cap. 3. §. 8. vereri debere istiusmo-*  
 44 *di Principes, nec ob sacrilegium tale, fundatorum male-*  
*ditiones, licet sero experiantur, & eiusmodi bona pro-*  
*pria ipsorum, velut rubigo ferrum & ignis consumens,*  
 44 *comedant. Erenim neglectam religionem se ipsam gra-*  
*viter vltam esse, pluribus iisque tragicis exemplis com-*  
*probat doctæ Petr. Peckius ad Reg. Iur. Canon. p. 168. vt ita*  
 45 *non præter verum testatus esse videatur Reinking. in*  
*Politica Biblica lib. 1. ax. 19. nullum qui in vsum priuatum.*  
 con-

contulit, quæ publ. piisque vsibus erant destinata ac dicata, aliquo cum scœnore furta possedisse.

Interim tamen, vtut hæc ita in genere considerata vera sint, nihilominus non est dubium, quin istiusmodi relicta, si in abusum conuersa sint, ad verum melioremq; vsum conuerti possint, imo debeant, vti optime iudicant Binder. *Diff. de Bon. Eccles. Thumm. Tr. eiusd. rubr. quæst. 7.* Danæus *lib. 3. c. 2. Politica Christiana.* Hortleder. *de Caus. B. G. Tom. 1. lib. 5. § 7.* Rationes vero quæ Principes Protestantés ad hoc promouere possint, eleganter complectitur B. quondam Acad. huius Cancellarius Dn. de Seckendorff. *in Addit. ad cap. 4. §. 3. Des Teutschen Fürsten-Stats p. 49.* his verbis: Es wolte wieder die natürliche Erbarkeit lauffen/dasjenige / was die Vorfahren so bedächtlich versprochen / dermassen auffzuheben / und unerfüllet zu lassen etc. Die Benachbarten / sonderlich von der widrigen Religion / vermeinten daraus kräftiglich zu schliessen / es sey den Vorfahren und Nachfolgern bloß um das Geld und die Einkünfte / keinesweges aber um die Mißbräuche zu thun gewesen. &c. Quapropter laudibus omnino euehenda Sereniss. Domus Württembergica, quippe quæ teste Burgoldenfi (Oldenburgero, vti notum) *ad Inst. Pac. P. 2. def. 9. p. 14. p. 80.* nullos cœnobiorum reditus aliaque bona olim Ecclesiis donata, fisco suo vindicauit, sed omnia ad pias causas conuertit, adeo, vt nulla facile reperiatur Academia in Germania, quæ plures foueat alumnos & stipendiarios, Tubingenfi, hinc etiam quidam Theologus iudicauit nullibi apud Lutheranos bona ista insumi ac collocari rectè quam in Ducatu Württembergico. conf. & Reldsenso Heromontan. (Rosensfeld verum nomen ei esse dicitur) *in tr. de summa princip. Germ. potest. c. 13.* Hæc vero vti laude digna fuerunt; ita nec alia desunt exempla. Præpotens Domus

E

Duca-

- 34 Ducalis Saxonica iamdudum eam gloriam commerita, quod Heroes in ea extiterint piissimi, qui bona Ecclesiastica ad redemptiones captiuorum, dotes Virginum tenuium, sustentationem miserabilium personarum, reparationes Ecclesiarum, ac inprimis studiosæ iuuentutis informationem, contulerunt. vid. *Dissert. de Secularis. Bonor. Jenæ. 1677. Præf. D. Tilemanno bab.* Dotatio aucta Academiæ Wittenberg. a Io. Fried. 1532. facta: Fundatio item *in chæta Salane* ab eius Filiiis tribus, paternarum virtutum, non vero Electoratus heredibus ex asse, 1558. suscepta; nec non insigniores isti Ludi, *Porta, Grimma, Misena* abunde testantur, quam bene, bona illa Ecclesiis donata olim, impensa sint a successoribus. Eandem laudem merentur *Tigurini* in Heluetia, omnia bona ecclesiastica priscis erepta vanitatibus, non nisi in Scholarum pauperumque vsus distribuentes. vid. Martin. Schookus
- 50 *Tr. de Bonis Eccles. Sect. I. c. 44.* Quid? quod supersunt etiam in Porentissimo Domo Brandenburgica illustria exempla Heroum, superstitioni papali olim inferuentia bona melioribus vsibus dedicantium. Ioachimum I. ob Carthusianorum bona sibi donata, iam superiori seculo deprecavit Alma Francofurtana. vid. Per-Ilustr. Dn. de Rhez *Diss. de Secularisat. cap. VII. §. 19.* Sed hæc longe latiore campum laudes spargendi nata est, ob piissimam magnificentiam Friderici Guilielmi gloriosissimæ memor. Magni Ele&t. Brand. vid. Diplomata adducta in *Dissert. de Donat. Princ. Præf. B. D. Schulzio Francof. bab.* Gloriosissima sane hæcce vestigia Principum æternitati dudum consecratorum, si legerent alii, qui profanas manus eiusmodi bonis, tantis exsecrationibus fundatis, ad-mouerunt, minori cum rubore responderi posset pontificiorum doctissimo, Wilhelmo Barclaiio in *Parænes. lib. 1.*



c. 4. acriter quærenti: *Si monachi, vestro iudicio, in moribus aut fide errabant, cur non eis eiectis mortales alios substituissetis, qui his sanctis officiis purioribus moribus & resiliunt a fide, sed eadem etiam pietatis sedulitate, incumberent? cur non saltem erogata hæc in pauperes bona pauperibus olim data & diuino cultui a vestris maioribus mancipata? accidere hereditatem Deo placuit, spoliare Hierusalem, corruptisque testamentis, legatis, beneficiis antiquorum, qui hæc Deo sacrauerant, diri sacrilegi vestras provincias, vestras domos, adstringere. &c.* Nec ulla adfuisset 54  
causa eandem ferram contentionum reciprocandi Francisco Burchardo (Erstenbergerus vocatur in Parthen. litig. Wintheri) non sine exprobratione ac opprobrio Protestantium: *Wo sind ihrer Eltern Stifft und Klöster? ist nicht alles profaniret/niedergerissen und verwüestet? sind nicht aus Bisthümen weltliche Fürstenthüme/Hofsställe/Tanzhäuser &c. aus den Klöstern gemacht.* in *Autonom* p. 3. c. 16. Quapropter nil magis optandum est, quam vt in animis Principum, ciuiliū legum vinculis alias minime alligatorum, valentior obtestationes & obsecrationes, a fundatoribus nulla alia intentione adpositæ, quam, si ius & fas & inualidum legum humanarum auxilium esset aduersus auarus manus, metus tamen Numinis easdem cohiberet. Loquitur enim experientia temerare sæpius heredum fidem lucri sacram famam, qua correpti, varias sæpe machinantur fraudes, vt mandatis testatorum illudere possint. vid. Mich. Grass. *recept. sent. de Success. in pram.* Hinc lubentes cum Becmanno celeberr. facimus, qui in *Doctrin. moral.* c. 14. §. 19. approbat illorum sententiam, qui eiusmodi execrationibus validitatem suam inuiolabilem eunt assertū, cum, quod eiusmodi execrationes sint signa enixæ voluntatis fundatorum, quam peruertere, grauisimum aduersus legem gratitudinis peccatum est: tum

quod effectus harum execrationum non sit spernendus, non quidem ideo, quia talis maledictio ab homine scripta est, hominum enim per se hac in parte nulla vis, sed quia Deus effectum talem transgressoribus adiudicat. Vt vero hoc certissimum putet laudatus Autor, mox tamen subiungit ibidem præiudicium Facult. Theol. Francofurtanæ, vbi maledictiones irritas pronunciarunt. Enim vero quia hoc ad cap. seqq. III. spectat, ad id nunc nos accingimus.

### CAPUT III. DE EXSECRATIONIBVS TESTA- TORUM INVALIDIS.

#### SUMMARIA.

|   |     |   |              |
|---|-----|---|--------------|
| <i>Connexio cum cap. preced.</i>  | n.1 | <i>na re execrationes sibi contrariae?</i>                              |              |
| <i>Inualiditas iuramentorum nonnullorum.</i>  | n.2 | <i>Casus de hac re in quadam Domo Scireniss. contingens enucleatur.</i> | n.9          |
| <i>Iur. Can. dispositio circa illa iuramenta.</i>   | n.3 | <i>Illustratur quæst. ex iuramentis sibi inuicem contrariis.</i>        | n.10<br>n.11 |
| <i>Applicatur hoc ad execrationes.</i>  | n.4 | <i>Confirmatur exemplo Rechabitarum</i>                                 | n.12         |
| <i>Demonstratur execrationes esse invalidas, si versentur circa res moraliter impossib.</i> | n.5 | <i>Subiungitur præiudicium Facultat. Theol. Witteb.</i>                 | n.13         |
| <i>Actus ex legis dispositione inualidi, an validi reddantur execrationibus?</i>            | n.6 | <i>Non esse temere ouerandas conscientias liberorum execrationibus.</i> | n.14         |
| <i>Adiungitur respons. ill. Fac. Iurid. Hall. de hac re.</i>                                | n.7 | <i>Quod &amp; de fideicommissis valet.</i>                              | n.15         |
| <i>In execrationum materia dist. inter forum externum &amp; internum.</i>                   | n.8 | <i>Conditio tacita omnium execrationum.</i>                             | n.16         |
| <i>Quid si plures concurrant super u-</i>   |     | <i>Illustratur ex iuramenti natura.</i>                                 | n.17         |
|   |     | <i>Exe-</i>   |              |

TESTATOR. INVALIDIS.

|  |       |  |       |
|--|-------|--|-------|
| <i>Exsecratio posterior in cas. presenti<br/>invalida &amp; quare?</i>                       | n. 18 | <i>hibitum esse.</i>   | n. 30 |
| <i>Causa quare fundationes ad pias<br/>causas inualidentur.</i>                              | n. 19 | <i>Henrici IV. Imp. iusta querela de a-<br/>bundantiabon. Eccles.</i>                                | n. 31 |
| <i>Quid sit in manus mortuas dar.</i>  | n. 20 | <i>Defensio huius Imp. contra obtrecta-<br/>tores obiter additur.</i>                                | n. 32 |
| <i>Inter causas illas inualiditatis est (1)<br/>necessitas.</i>                              | n. 21 | <i>Causa (4) si bona in redemptiones<br/>captiuorum ab infidelibus &amp;c.<br/>impendantur.</i>      | n. 33 |
| <i>Defenditur non esse iniquum tem-<br/>pore belli rebus sacris uti.</i>                     | n. 22 | <i>Exemplo Ambresii confirmatur.</i>   | n. 34 |
| <i>Demonstratur exemplo &amp; concessi-<br/>one ipsorum Pontificum.</i>                      | n. 23 | <i>An iuda abundantia bonor. Eccles.<br/>sit causa sufficiens alienationis<br/>ad profanos vsus.</i> | n. 35 |
| <i>Causa (2) est manifesta utilitas.</i>   | n. 24 | <i>Negatur.</i>  | n. 36 |
| <i>Causa (3) si cum pernicie Reip. sub-<br/>tracta sint bona ecclesiastica.</i>              | n. 25 | <i>Subindicatur in quam rem melius<br/>possint impendii superflua bona.</i>                          | n. 37 |
| <i>Ratio huius rei.</i>  | n. 26 | <i>Alia exempla execrationum paucis<br/>expendantur.</i>   | n. 38 |
| <i>Illustratur hoc ex historia.</i>  | n. 27 | <i>Inter que Arsenii Patriarch. Con-<br/>stantinop.</i>  | n. 39 |
| <i>Maxime tempore Const. M.</i>  | n. 28 | <i>Item Cyrilli Episc. Alexandrini.</i>  | n. 40 |
| <i>Querela Hieronymi, quod immobi-<br/>lia bona Ecclesis donare prohibi-<br/>tum fuerit.</i> | n. 29 | <i>Mortes Cyrilli.</i>   | n. 41 |
| <i>Exempla &amp; testimonia etiam in a-<br/>liis regnis hoc saluberrime pro-</i>             |       | <i>Conclusio Dissert.</i>  | n. 42 |

**V**idimus *præced. Cap.* vnde & quando eiusmodi ex-  
secrationes validitatem suam nactæ sint, restat igi-  
tur nunc vt propius excutiamus, quid iis obster,  
quo minus optatum a testatore effectum, h. e. valide ob-  
ligandi posteror vim, sortiantur. Ad fundamentum igi-  
tur huius rei iaciendum, non incommode, vt puto, hic  
applicari poterit principium, quod Dd. communiter ad  
infringendam validitatem iuramentorum, afferunt. Et-  
enim res confecta apud ipsos est, quod iuramentum, quod  
contra bonos mores iuris diuini & humani præstitum, non solum

*non sit obligatorium; sed etiam iuramentum actui civili, iure alios inualido, & propter utilitatem publ. prohibitio, accedens, inualidum sit. vid. subtilissimum Frantzck. Lib. II. Resolut. ref. s. ex professo hæc explicantem, variisque autoritatibus exornantem.*

3. Quæ res eo minus dubii habet, cum & Ius Canonicum, (quod tamen alias omne iuramentum, quod absque dispendio salutis æternæ conferuari potest, seruandum, præcipit *c. 28. X. de Iureiur. c. 2. de pact. in 6to.*) non simpliciter omni & cuius iuramento vim obligandi tribuat, sed illi tantum, quod per famosiss. *cap. etsi Christus 26. X. de Iureiur.* tribus comitibus, veritate, iustitia, iudicio, stipatum
4. est. Cum vero longe maior religio vinculumq; strictius iusit iuramento, quam maledictionibus eiusmodi, quippe vbi tertius demum metu numinis adstringitur, cum in iuramento ipse iurans sese obliget Deo; Exinde concludendum videtur, ab omnibus execrationibus, quæ accedunt actibus iure inualidis ac pro nullis declaratis, immunes esse eos, qui in supremis tabulis illis onerantur.

5. Vt vero hæc eo distinctius pateant cuiilibet, primo videamus de execrationibus, quæ adiectæ sunt rei per se illicitæ, deinde de iis quæ accedunt rei licitæ sed legibus ciuilibus prohibitæ & reprobata. Circa res moraliter illicitas minus dubii habet, inualidas esse omnes execrationes: cum enim ad impossibilia naturaliter talia nullo modo adstringi possint heredes, quocunque execrationis fulmine compellantur, cur non id in rebus, quæ moraliter pro impossibilibus habentur, obtinere multo magis debeat, non apparet. Censentur autem pro moraliter impossibilibus omnia ea, quæ verecundiam, honestatem, pietatem ac bonos mores ulla ratione violare possunt *L. 15. ff. de Condit. Instit.* quæ namque execrationes hominum validæ sint atque efficaces, ut compellere quem possint

possit, ad suscipienda ea, quæ si susceperit, eum diuinarum ac æternarum execrationum faciunt reum? Neque vlla ratione assensum merentur, qui, ob præensum iuramenti vel execrationis iniquissimæ vinculum, & ad liberandam peruersissimam conscientiam, talia peragenda sibi constituunt, quæ voluntati diuinæ manifesto repugnant. Satis enim inter omnes constat, nullum, vilo prætextu in conscientias nostras, alterius Imperium esse. Ut ita prolixius hæc, ex iure diuino & humano persequi sit superuacuum, cum illa cuiuslibet bono, ne dicam Christiano, satis cognita atque perspecta esse debeant.

Videamus itaque nunc potius de iis execrationibus, 6 quæ talibus adiciuntur actibus, qui ciuili Legum dispositione inuoluntati declarantur. Hic vero non incommode iterum distingui posset, an LL. ciuiles actum nullum declarent ob omissam solennitatem, an vero ob defectum facultatis disponendi. Ibi facilius permittimus execrationibus quandam validitatem, quam hic. Illuc pertinent, quæ de obligatione heredis ex testamento patris imperfecto *in præc. Cap. n. 22.* adduximus. Cum enim solennitates testamentorum propterea inuentæ, vt fraudibus obuiam eatur, & voluntates defunctorum non intervertantur, execrationes vero de serua animi voluntate, manifesto satis testentur, haud dubie non pro plane invalidis declarandæ, vt supra assertum. Quod si vero testator disponat de re, quæ ipsius arbitrio plane exempta, non poterit vllus execrationum effectus superesse. Pertinet huc exemplum cuius iam supra *Cap. II. n. 21.* mentio facta. Liceat ipsius Responsi concepta verba hic adicere, cum in decisione huius quæstionis & similibus, vtramque paginam faciat.

Seynd nach dem seeligen Hintritt der Fr. v. S. nebst ei-  
nem

dem Testament sub A. in einem verschlossenem Schrancke/  
auch 2. schedulæ sub B. C. im Kasten verwahret gefunden/  
in welchen schedulis enthalten/das eines von der Verstorb-  
benen Tochter Kindern/ nahmentlich J. S. v. B. nicht als  
lein von denen güldenen Ketten/ Ringen und Schmuck/ so  
in der Schachtel/ sondern auch von dem Silber/ so in einer  
Lade verschlossen gänzlich/ mit diesen Formalien:

Aber J. S. v. B. das mir ungehorsame und falsche  
Mensch/die mich zu meinen öfftern vielen Kranck-  
heiten gebracht/ soll das geringste nicht davon ha-  
ben/so ich verschworen/und die ihr was davon ge-  
ben/ mit meinem Fluch beleet haben will.

excludiret/ in dem Testament und angehengten Codicil-  
lis aber/ wieder J. S. v. B. nichts disponiret worden/ des  
halb gefragt wird:

Ob die übrigen Brüder und Schwestern besuget/ ihrer  
Schwester sowohl von dem ihnen voraus vermachten Sil-  
berwerck so in der Lade/ als auch von denen güldenen Ket-  
ten/ Ringen und Schmuck/ so in der Schachtel enthalten/ zu  
excludiren?

Ob nun wohl für J. S. v. B. angeführet werden möch-  
te/ daß sie in dem Testament gleich denen andern Brüdern  
und Schwestern zu Erben eingesetzt/ ohne daß von der Ex-  
clusion etwas erwehnet worden, und also die Hm. Brüder  
und Schwestern schuldig zu seyn scheinen die angeführten  
causas exclusionis erweislich zu machen.

*per Nouell. 115. c. 3. pr.*

Auch wenn gleich selbige causæ exclusionis erwiesen wür-  
den/ und bißweilen Fehler bey J. S. v. B. vorgegangen  
seyn möchte: doch ihrer Kindheit/ in Ansehung/ daß sie jetzt  
erst das 14. Jahr erreichet/ solches zuzuschreiben/ hier nechst  
in dem im Testament angehengten letzten Codicill vom 12.  
Jun. 97. verordnet.

Daß

Daß in allen übrigen Puncten/ welche durch den izigen Anhang nicht ausdrücklich geendert sind/ es bey meinem obangezogenen Testament und dessen ob angeführten ersten Anhange vom 23. Maj. 1690. unverrückt verbleiben soll.

und also daraus zu schliessen/ daß die Verstorbene sich der facultate testandi begeben.

Weil aber dennoch die Groß-Mutter mit ihrer eigenen Hand die schedulas geschrieben/ und mit ihren gewöhnlichen Siegel verpitschieret/ und eine Mutter unter ihren Kindern nach ihren eigenen Gefallen sine ulla solennitate den Rechten nach zu disponiren befugt.

*L. 21. §. 1. C. de Testament.*

solche disposition auch in diesem casu desto unverbrüchlicher zu halten/ indem die Testatrix sich noch zum Überflusse verschworen/ daß J. S. nichts davon haben solle/ und daher erscheineth/ daß solches der ernstliche Wille der Frau Testatrix gewesen/ *quoties enim iuramentum accedit actui, toties enixam voluntatem eius, qui iurat, demonstrat.*

*Paris. Conf. 15. n. 28.*

*C. cum contingat. 28. X. de Iureiur.*

*Et iuratus actus longe fortior est, quam simplex.*

*Alex. C. 38. Vol. 3.*

*Pan/ebm. Lib. I. pract. qu. 10. n. 38.*

hiernechst dasjenige was oben angeführet/ von keiner Wichtigkeit/ zumahlen kein Schluß ist/ daß wer als Erbe im Testament eingesetzt/ auch alsofort in allen Stücken aequaliter mit denen cohæredibus succediren müsse/ und diese exclusion von dem Silberzeug und güldenem Ketten/ von einer Mutter auch wohl auffer dem Testament/ auf einen bloßen Zettul geschehen möge/ aus nur angezogenen Rechtsgründen/ auch solches vor keine exheredation zu achten/ folglich

F

die

die dispositio Nouell. 119. cap. 3. hieher keines wegēs zu ziehen/  
und daher J. S. mit ihrer Jugend sich zu schützen nicht  
vermag / indem auch ohne einige Ursache die Großmutter  
extra legitimam ihz zu präiudiciren befüget gewesen / nicht  
weniger die im letzten Codicill angehengte clausul ganz un-  
erheblich / *cum nemo sibi possit legem dicere, a qua non liceat ei re-  
cedere.*

*L. 22. ff. de Legat. 3.*

*Ita ut nec per clausulam derogatoriam potestatem disponendi sibi  
adimere possit.*

*Barfchamp. de claus. c. 23. n. 22.*

*Ludov. Molina de I. & I. vol. 1. tr. 2. disp. 153. n. 21.*

So halten wir davor / daß die übrige Herrn. Brüder und  
Schwestern J. S. von dem ihnen voraus vermachten Sil-  
berwerck so in der Lade befindlich / etwas auszuantworten  
nicht schuldig.

Betreffend aber die Schachtel mit denen Ringen / Ketten  
und Schmuck / wann gleich das übrige Geschwister davor  
halten möchte / daß sie ihrer Schwester J. S. umb des willen  
nichts davon heraus zu geben vermöchten / indem der Fluch /  
welchen die Testatrixin daraufgesetzt / entgegen stünde / und  
sowohl aus weltlichen als göttlichen Gesezen bekandt / daß  
solche Flüche keines wegēs zu verachten /

*add. Sirac. III, 11.*

Dieweil aber dennoch wann die Flüche der Eltern gültig  
seyn sollen / nöthig ist daß dasjenige worauff solcher Fluch  
gesetzt / in ihrer Gewalt und Macht stehen muß / indem nie-  
mand durch einen solchen Fluch einem anderen sein ius qua-  
sicum nehmen / oder verordnen kan / daß die leges. in seinem  
Testament nicht / solten observiret werden.

*L. 55. ff. de Legat. 1.*

*Vnde quando quid committitur alicuius conscientia hoc intelligen-  
dum de illa, quae LL. est instructa.* Cardin.



*Cardin. Mantica de coniect. ult. vol. lib. 9. tit. 8. n. 48.*

Und aus dem Sächſ Rechten zu Gnüge bekandt / quod Gerada per testamentum illi, cui debetur, auſſerri non poſſit.

*Conſ. Elect. p. 2. conſ. 14.*

*And. Goldbeck de ſucceſſ. gerad. c. 1. n. 2.*

*Thoming. dec. 6. n. 6.*

Solche güldene Ketten / Ringe und Schmuck aber zu den Gerade Stücken gehören.

*Richter de ſucceſſ. ab inteſt. Sect. 1. m. 1. n. 10.*

So erſcheinet hieraus allenthalben ſo viel / daß wann J. S. B. B. ohnerachtet des Groß Mütterlichen Fluches / ihren Antheil von ſolchen Gerade Stücken fordern ſolte / Ihr Geſchwister ſolches Ihr vorzuenthalten nicht beſuget. B. R. W.

Vnde omnino apparet, non potuiſſe fratres & ſoroꝛes excluſæ neptis ſe tueri clauſula iſta exſecratoria, cum diſpoſitio de rebus, quæ in noſtra poteſtate non ſunt, nullius momenti reputetur.

Ne tamen quicquam dubii amplius animo lectoris 9 inhæreat, bene reſpiciendum eſt, an de foro externo, an de interno, quæſtio occurrat. Quoad internum conſcientiæ forum, ſi formula exſecratoria a parentibus in teſtamento adiecta, liberos eadem obligari exiſtimo, etiam ſi de rebus in ſua poteſtate non exiſtentibus diſpoſuerit teſtator, quo & vltima adducti reſponſi verba: Wann J. S. B. B. ohnerachtet des Groß Mütterlichen Fluches ihren Antheil von ſolchen gerade Stücken fordern ſolte &c. haud obſcure collimant. Quod ſi vero de foro exteriori ſermo ſit, tum quidem nullum dubium eſt, iſtiusmodi exſecrationes nullius eſſe efficaciæ, id quod etiam de teſtamento ſine ſufficientibus ſolenni-

tatibus condito, exsecrationibus tamen munito, dicendum. Nam & hic nil valet exsecratio, nec solennitates a lege præscriptas supplere potest, nisi forte ad instar clausulæ codicillaris illud vitium sanare queat; de quo supra dictum *Cap. II. n. 22.* Toties vero etiam in foro externo valent exsecrationes testatorum, quoties illa dispositio legibus non aduersatur.

- 9 In illis itaque casibus vbi vim habet in foro etiam externo exsecratio testatoris, videndum, si plures exsecrationes concurrant sibi inuicem contrariæ, quænam ex illis sit inualida? Vbi quidem distinguendum est, an ab vno testatore; an vero a pluribus diuersæ exsecrationum formulæ adiectæ? Illo casu facile cuiuslibet patet, priorem fieri inuaidam, exsecratione posteriore contraria. Hoc vero casu maior subest difficultas, cum & hæc quaestio in Sereniss. quadam Domo acriter fuerit ventilata.
- 10 Scilicet disposuerat Princeps quidam Imperii, posteros suos æqualiter succedere debere, remota omni primogenitura, seqq. verbis: *Das leidige primogenitur Wesen/wollen wir bey unserer posteritæt, um allerhand daher fließenden schädlichen consequentien willen/bey Vermeidung zeitlichen und ewigen Unsegens abgestellt wissen.* Hanc voluntatem agnouerat primogenitus eius, & facta cum fratribus æquali diuisione primogenituræ renunciauerat, postea tamen idem, inter nepotes primogenituram nihilominus sub testamento, maledictionem comminante, introductam cupiebat, his verbis: *Ich erinnere auch meine Söhne und deren Erben und Nachkommen sammt und sonders auff Christ-söhnliche Pflicht und Gehorsam und bey Vermeydung alles zeitlichen und ewigen übelsergehens/ so lieb ihnen Gottes Huld und Verhängniß ist/ dieser unserer Verordnung, (scil. de primogenitura inter ipsos.*

ipſos obſeruanda) unuerbrüchlich nachzukommen. Dubi-  
 tum igitur ſuboritur hic, an Patris, an aui maledictio, nepoti  
 n̄ agis attendenda ſit? Si dicendum quod res eſt, non diſ- II  
 ſimilis decidendi ratio hic ſuberit, quam quæ in iura-  
 mentis contrariis, vbi vtrumque obſeruari nequit, addu-  
 ci ſolet, ſcil. quod iuramentum prius deroget poſteriori  
 Tuſch. Concl. §10. L. I. Roſenthal. de Feud. c. 8. concl. 15. num. 11.  
 iuramentum enim prius derogat actui ſequenti, quam-  
 vis iuramento ſit roboratus, Seraph n. de Privil. iuram.  
 priuil. 75. n. 9. Cum itaque per illam obreſtationem aui- 12  
 tam lex data ſit poſteris inuiolabiliter ſeruanda, ad exem-  
 plum *Rechabitarum*, a ſummo Numine laudatum *Ierem.*  
*XXXV, 14.* & ſingulari benedictione eapropter quoad poſ-  
 teros munitum in *cap. XXXV, 18. 19.* ſequitur, in præſenti  
 caſu eo ſanctius primam execrationem attendendam,  
 cum auita illa diſpoſitio de vitanda primogenitura, con-  
 ſcientiam filii iam ita conſtrinſerit, vt ab eo vinculo ſuo  
 proprio factò ſe liberare non potuerit. Maxime cum & e-  
 andem agnouerint filii, nouoq; pacto confirmauerint:  
 Vnde ſua ſponte ſequitur, non potuiſſe enixam hanc aui  
 voluntatem imprecatione illa maledictionis diuinæ mu-  
 nitam, contraria diſpoſitione tolli, ſed maledictum, poſ-  
 teriori teſtamento additum, manifeſti peccati iudicium  
 eſſe: Quod ſi itaque aliqua vis diuina his parentum ma-  
 ledictis tribuenda, priori hæc adſcribenda, non poſterio-  
 ri, vt pote manifeſto illicitæ. Quamuis ergo nepotes poſ-  
 teriorem hanc diſpoſitionem approbauerint, melius conſ-  
 cientiis ſuis conſulent, ſi hanc approbationem reuocent,  
 & ad auitæ diſpoſitionis normam ſe componant, quam  
 vt poſteriori illi peccaminofæ diſpoſitione inſiſtant. Sa-  
 tius enim eſt cum Patre peccante non peccare, quam  
 peccata parentis approbando ſua facere, & continuando

CAP. III. DE EXSECRATIONIBUS

- 46  
 reatum augere. Ceterum cum hæc res conscientiam  
 13 tangat, placet hic subiungere, quid in casu simili respon-  
 derit veneranda Facultas Theologica Academ. Witte-  
 berg. d. 1. Septembr. 1695. Darauff antworten wir zu An-  
 14 fangs/ daß Christliche Eltern nicht wohl thun/ die ihren  
 Erben ein solch Gewissens-Joch an den Hals werffen.  
 Da sie solten bedencken/ wie solcher status rerum huma-  
 narum viel unvermutheten Veränderungen unterworfen/  
 welchen die posterii nicht besser/ als in ihrer gelassenen Frey-  
 heit/ können begegnen. Da sie im wiederigen Fall durch  
 die väterliche/ obschon wohl gemeynthe/ doch nicht gründlich  
 bedachte/ Obligation, in lauter Schulden gesetzt werden.  
 15 Welcher Unfall auch in den fideicommiss. Gütern pfeget  
 vorzugehen/ da manche Kinder glücklicher wären/ wann  
 die Elterliche Disposition sie nicht von ihrem Glücke ab-  
 hielte. Gott/ der zwar gute intention sich nicht läßt zu-  
 wieder seyn/ hat doch keinen Gefallen an dergleichen Ge-  
 wissens beschwerenden Verbindungen/ und müssen endlich  
 16 Christliche Eltern tacito sensu & per pietatem Paternam  
 amoremque in suos posteros diese heimliche Condition in  
 ihren Dispositionen verstehen/ wann heimlich in künfti-  
 gen veränderlichen Zeiten ihre Disposition würde practi-  
 cabel seyn. Weßwegen denn auch die Canonisten in casi-  
 bus quibus liceat iuramentum non servare unter andern  
 ausdrücklich sagen/ Quod in iuramento subintelligatur  
 17 conditio, si res in eodem statu permanserit, & qui iuravit  
 non dividere societatem, non tenetur illud præstare, si pro-  
 missum illi nõ fuit servatũ. Similiter non tenetur iuramen-  
 tũ adimplere ille, qui iurando aliquid facere vel non face-  
 re intendebat, quod ille cui iurabat, similiter faceret &c.

*vid. iacob. de Grass. in decisione aur. parte 1. cap. 18.*

Welcherley Conditiones in præsentī casu auch in acht zu  
 neh-

nehmen / und sattfam zeigen / daß die obligatio des Christ-  
lichen Testatoris so absolute nicht zu attendiren sey. Zum  
andern / halten wir die Verbindung der hochgel. Groß-El- 18  
tern stärker / als die auffß neue gemachte Verbindung des  
Hn. Vaters / weil seine in naturali æquitate, diese aber in  
diffidentia futuræ prosperitatis beruhet / und diese gewiß  
der Göttl. Providenz nicht ähulich ist. Zum dritten / da  
der v. Vater sich die Freyheit genommen contra Maior-  
rum Dispositionem eine Testamentl. Verbindung zu ma-  
ch. n / hat er damit dem Hn. Sohne / in casum obuenturæ  
melioris conditionis, ad res suas disponendas ein Exempel  
der Nachfolge gelassen / und sie also facto suo von ihrer  
Gewissens Obligation absolviret &c.

E lucef it vero exinde in quantum vis & potestas 19  
exsecrationum sese extendat. Verum hoc adhuc magis  
perspicuum erit, si adhuc lapidem lydium etiam confe-  
ramus fundationes sacras, quas supra iam tetigimus, si-  
mulque excutiamus momenta, vi quorum bona Eccle-  
siis cum horrendis exsecrationibus in *manus mortuas* data,  
licet eripere, & inualidas pronunciare. Quamuis vero 20  
Ecclesiæ *manus mortue* olim vocatæ sint propterea, quia  
vti mortui non alienant, sed quod in vltimo conatu mor-  
talitatis apprehendunt, firmiter tenent & non remittunt;  
ita Ecclesia, semel accipiendo, æterno iure sibi bona man-  
cipiat & extra commercium hominum seponit, qua de re  
eleg. scripsit P. Peckius de *Amortization bonor. cap. 2. Dn.*  
Schwendend. *Diff. de manu mort. tb. 7.* attamen varii mo-  
di sunt, quibus bonorum illorum *orcinorum*, vti ab aliis et-  
iam vocantur, inuiolabilitas æterna, cui adeo fidunt Pon-  
tificii, immutari optimo iure potest.

Inter illa vero quæ bonorum Ecclesiasticorum, quo- 21  
cunque vinculo exsecrationum etiam confirmatorum  
con-

- conuersionem in vsum profanum suadent, imo vrgent, primo loco numerari meretur necessitas *L. Sancimus 21. C. de SS. Ecclef. C. aurum cum seqq. de Eccl. Afric.* Satius enim est temp. conseruari bonis Ecclesiæ eiusque reeditibus, quam vt cum Republ. simul Ecclesiæ status pessundetur. Necessitatem vero cum dicimus, veram & vrgentem intelligimus cum Dn. Fritsch. *Diss. de presid. necess. contra leg. concl. s. §. 5.* interim ab hac cum Ill. Dn. de Rhetz *Diss. de secular. c. 7. §. 6.* non exclusum volumus, si pacis dubiæ tempore dilatanda vrbis pomæria, ad auertenda eo maturius quæuis belli pericula, agri vero ecclesiæ trahantur in fossas vallorumque aggeres &c. Vt hinc non adeo peccasse videatur Galliarum Rex, ingentem vim auri extorquens clericis, ad commodius sustinenda præteriti belli sumtuosissimi onera. Et vtinam Imperator noster sacratissimus, ad capitalem hostem nominis Christiani Turcam profligandum, & penitus Europæ finibus arcendum, reeditibus abundantibus luxuriantium cœnobiorum suorum vteretur. Ec minori sane scrupulo hoc fieri posset, quo certius constat, ipsos Pontifices Max. hoc olim concessisse. Clemens VII. Ferdinando I. ante Comitua Augustana 1530. solenni Bulla permisit, bonis Ecclesiasticis aduersus Turcam vti. *N. N. zu Augspurg d. an. §.* Nachdem Churf. ibi: Der Kirchen Kleinodien oder auch etliche Theil der geistl. unbeweglichen Güter im N. Reich zu Widerstand des Türcken zu verkauffen &c. Sic innocentius X. plura monasteria per vniuersam Italiam extinxit, bonis eorum fisco adscriptis Conring *in Animaduers. ad Bullam Innoc. X. p. 182.*
- 24 Secundo loco manifesta vtilitas Reip. est, nam & hæc causam præbere potest prægnantem, bonis Ecclesiasticis eiuscemodi vtendi. Vtutenim non par priuilegium vtilita-

litatis fit ac quidem necessitatis, quippe ex illicitis licita reddere valer. vid. Pufendorff. *de Iur. N. & G. l. II. c. 6.* Nihilominus insigni vtilitati publ. ea accedere potest æstimatorio, vt non minus, quam necessitas, licitum reddat, quod alias secus se habuisset.

Præter hæc vero nullum est dubium, posse & bona 25  
Ecclesiastica, non obstante fundatorum seria voluntate, obrestationibus & imprecationibus declarata, a Principe in alienum vsu conuerti, si cum damno irreparabili certaque perniciæ Reipubl. coniuncta & subtracta sint. Thumm. *de Bon. Eccl. qu. 5.* Regeris: esse tamen hoc contra vltimas voluntates & intentionem fundatorum, quippe qui omnibus modis saluam voluerunt esse ecclesiam. Verum his optime responderi potest, si fundatores sal- 26  
uam velint Ecclesiam, sine dubio etiam Rempubl. quippe in qua Ecclesia est, & sine qua consistere non potest, conseruare simul voluerunt. Illorum igitur intentioni ex asse satisfiet, si bonis Ecclesiasticis in defectu aliorum, respubl. veluti fulcris firmisissimis sustentetur. Satis igitur est hoc casu rempubl. conseruare, quam vltimis voluntatibus eiusmodi superstitiose inhærendo rempubl. & vna cum eo Ecclesiam casui exponere. Præsertim cum ex hi- 27  
storiis satis constet paulo sagaciori scrutatori, plerasque foundationes Ecclesiasticas errore factas esse ab hominibus fraude & dolo clericorum infatigabilium circumuentis. Adeo vt de horrendis & inusitatis exsecrationibus in testamentis ad pias causas adhibitis, etiam haud præter rem forsân suspiceris illud, quod Dd. alias de insolitis clausulis & cautelis asserunt, nimirum quo plus cautelarum, insolitarum, eo plus fraudibus præsumendum esse. Dn. Stryk. *Diff. de Caut. abund. que extat Vol. III. Diff. c. 1. §. 18.*

Quod vero legatis ad pias causas fiscus sæpe exhau-  
stus

G

- ftus fuerit omnium prouinciarum LL. abunde testantur.
- 28 Postquam enim Constantinus M. eiusq; Successores, Ecclesiam donationibus & profusionibus pene suffocassent, & Resp. ingens inde pateretur naufragium, opus fuit LL. ne vterius bona immobilia in Ecclesiam transferantur.
- 29 Equidem conqueritur Hieronymus in *Epist. II. ad Nepotian.* super hac re, dum *puget*, inquit, *dicere: sacerdotes Idolorum Mimi & aurige & scorta hereditates accipiunt solis clericis & monachis hoc lege prohibetur non a persecutoribus sed a Principibus Christianis.* Verum se ipsum mox corrigit, dum adicit: *non de Lege conqueror, sed doleo cur hanc legem meruerimus.* Omnino enim non citra necessitatem introductum, ne, lienis instar, Ecclesiis intumescentibus, reliqua membra, statusque politicus & æconomicus, plane contabescerent. Et hoc est quod conquestus est grauitur Gustauus I. Rex Sueciæ ap. Puffend. in *Introduct. Contin. Hist. Regn. Sueciæ p. 303.* Hinc adducit & laudat legem eiusmodi in Hispania promulgatam Petr. Belluga in *spec. Princ. rubr. 14.* de aliis Regnis videatur Bodinus de *Republ. L. V. c. 2.* Polidor. Virgilius *Hist. lib. XVII.* Christinaeus *vol. I. dec. 201.*
- Animaduertit etiam in commodum ex nimis in clericos donationibus redundans, quanquam sero, fortissimus sed infelicissimus Imperatorum quotquot fuerunt, Henricus IV. querulabundus ad amicos aliquando inquitens: *Ecce ipsi sunt (Episcopus & reliquum clerum indigitatum ibat) qui regni mei diuitias habent & me meosque omnes in paupertate reliquerunt.* Quamuis vero Autor *Histor. Bell. Sax. qui extat in Tom. II.* Freheri, inde Henricum vt impium redarguat, attamen iam dudum notatum ab ipso Frehero in not. illum in hac historia studio partium papalium, veritatem sæpius reticuisse. Neque enim Henricus adeo vitii immerfus fuit, vt i a papicolis describitur, sed iura sua



sua constanter, sed infeliciter, defendit. vid. eleg. Dissert. de Henr. IV. celeberr. Prof. Hist. Ienensis Dn. Schubarti. Vidit sane laudatus Imperator, Maiores ex Linea Carolingica nil aliud egisse, quam vt immensis donationibus in Episcopos factis, Natricem & Phaetontem (vt Augustus de Tiberio vaticinatur ap. Sueton. in Vit. Aug.) Imperio German. educauerint. conf. & Lehmann. in Chron. Spirensi. Lib. 4. cap. 3. pag. 277. Melius igitur tali casu est, vt pecunia ipsa impendantur necessarii regni negotiis, quam vt in Episcoporum absumentur delitiis, iudice Henrico II. Angliæ Rege apud Neubrig. Lib. 3. rerum Anglican. cap. 25.

Vltima denique causa, ob quam bona eiusmodi, sub 33  
 comminatione pœnæ diuinæ alienari vetita, possunt ad-  
 plicari alienis vsibus, est, si ad redemptionem captiuo-  
 rum fidelium, a Barbaris & infidelibus in miseram serui-  
 tute[m] detrusorum, impenduntur. Quominus vero Ponti-  
 ficiorum sacris addicti hic sibi scrupulum faciant, auto-  
 ritas ipsis omni exceptione maior, Ambrosii præsulis 34  
 sanctissimi, permouere idonea est. Cum enim Arriani,  
 hostes ipsius, calumniarentur ac pessime traducerent fa-  
 ctum Ambrosii, calices aliaque vasa aurea & argentea  
 constantis & in redemptionem captiuorum impenden-  
 tis; retundit Ambrosius cauillationes eorum eleganti-  
 sissim. cap. 28. Lib. II. de offic. ostendens, sanctius animam  
 Deo, quam aurum seruari, meliusque esse vasa diuentium seu  
 corpora hominum quam metallorum intacta prestari. Merito  
 hinc elegantissima hæcce verba digna iudicauit Com-  
 pilator Canonum, Gratianus Monachus Bononiensis,  
 quæ infererentur Corpori Canonico can. aurum 70. caus.  
 12. qu. 2

Quemadmodum vero nullus dubito supra adductas 35  
 G 2 alie-

52 CAP. III. DE EXSECRATIONIBVS

alienationes bonorum Ecclesiasticorum execrationibus corroboratorum esse iustissimas; ita e contrario hæreo, an cum Conringio *Animaduers. in Bull. Innocent. X. c. 6.* item cum Besoldo *Diff. de Maiestat. Sect. 2. c. 7. n. 3.* aliisque; afferendum sit, solam abundantiam bonorum Ecclesiasticorum ansam luxuriandi præbentem Clericis, locum sibi vindicare inter causas iustificas, bona illa in profanum vsum conuertendi. Equidem non inficiari ausim, cumulas Ecclesiis opes dissolutos mores inuexisse in Ecclesiam, adeo vt iam sui seculi sanctissimus Abbas Clareuallensis B. Bernhardus grauitè exclamasse dicatur: *Religio peperit diuitias, sed filia deuorauit matrem.* Interim tamen cum tam serio ac enixe voluerint fundatores, vt legata illa de quibus disponendi ipsis libera erat potestas, ad vsum cultus diuini destinata conseruarentur, non possumus quin vereamur illud Salomonis *Proverb. XX, 25. Ruina est homini deuorare Sanctos.* Certe si Successores ab immutandis vltimis voluntatibus Maiorum tot maledictionibus circumseptis non possit absterrere ingratitude, curæ tamen cordiq; ipsis deberet esse reuerentia Numinis, iustusque pœnarum diuinarum in caput transgressorum exoneratarum metus. Solet enim res transire cum suo onere, & facile euenire potest, vt Deus iustus vindex, contra ipsos principes retorqueat, quod illi contra Deum iustum putarunt, & illis auferat bona a se data, dum Deo abstulerunt bona a piis hominibus oblata.

37 Enim vero non est mea mens, ac si Principes in conscientia obligati essent, bona superflua, pia intentione olim relicta, luxuriosis possessoribus, quo melius tubercinando tempus fallere possint, relinquere intacta, quin potius hoc omnibus votis expetimus, vt ad meliorem sanctioremque adhibeantur cultum. Quot, quæso, vrbes  
nostra

noſtra Germania habet, quæ Gerontocomiis, Noſocomiis, Brephotrophiis, Orphanotrophiis, aliisque, ſuſtentationi miſerabilium perſonarum inſeruientibus locis, defectu opum carent. Quid dicam de ſtatu Scholarum maximæ partis Germaniæ? hæc vtut ſeminaria Reipubl. & Eccleſiæ ſint, attamen defectu ſumtuum, ſeu calamitatibus belli, ſeu aliis caſibus ereptorum, in ſere concidunt, ac collapſæ deſolatæque iacent ſqualore horridæ. Hic potuiſſent optime impendi bona redundantia Eccleſiarum, neque metuendum fuiſſet, vt naturam pennarum Aquilæ tun: induiſſent, vti quidem de reliqua ſeculariſatione conqueritur alicubi B. Lutherus. Quæ omnia fuſius perſequi non patitur inſtituti noſtri ratio.

Hinc Colophonis loco adiciere placet formulas imprecatorias, quas ad alia negotia in terrorem aliorum accommodatas deprehendimus. Neque enim profanum vulgus Laicique duntaxat hac intemperie laborarunt, ſed & veſtigia inuenias huius rei in actis clericorum & Deo *amabilem* aut *amantiffimorum* (vti a Iuſtiniano in l. 42. §. 4. C. de *Episc. & Cler.* & paſſim blande maſtantur) Episcoporum. Exemplo nobis eſſe poteſt Arſenius, non ſanctus ille eremita & anachoreta, ſed Patriarcha quidam Conſtantinopolitanus, qui in teſtamento ſuo, apud Cotelierum *Tom. II. Monumentor. Eccl. Græc. p. 177.* & Pachymer. *Lib. 12. Hiſtor. c. 2.* omnes ſuos inimicos vna cum eorum focis, Satanæ tradidit horrendisque exſecrationibus deuouit. Verum enim vero quis non improbaret aut inuolidam pronunciaret eiſmodi vltimam voluntatem, quam iure meritoque in hoc *Arſenio*, tanquam *ſignum inſatiabilis vindiçtæ* reicit ac damnat, eruditione non minus quam pietate conſpicuus Dn. Arnold in *der Abbildung der erſten Chriſten / nach ihren Glauben und Leben Lib. VIII. c. 18. §. 15.* qui idem Auctor ab-

54 CAP. III. DE EXSECRAT. TESTATOR. INVALIDIS.

40 *ominabile factum* censet, cum Cyrillus notissimus ille Episcopus Alexandrinus, successori suo, quicumque is fururus esset, maximam suarum fortunarum partem legaret & eundem simul in testamento bey Himmel und Hölle/ ad genus & cognationem suam augendam & ornandam, ad-  
 41 iuraret. Quamvis vero Kromayerus *in Hist. Eccl. Cent. V. p. 202.* laudet hunc Cyrillum, negari tamen non potest, ipsius res gestas ut plurimum atro carbone notandas esse. Inordinato amore ad prouehendos cognatos flagrasse, fatetur ipse Kromayer *c. l.* atque ex hoc fonte fuit odium, quo plus quam Vatiniano persecutus legitur Iohannem Chrysofomum Episc. Constantin. pium, sincerum sed aliquantisper incautum aduersus æmulos, iudice Celeberr. Schurtzfleischio *in Coll. MSS. Hist. Eccl. in eius vita.* Huius Chrysofomi nomen Cyrillus catalogo piorum Episcoporum, uti tunc moris fuit, inferere noluit, non alia de causa, quam quod a partibus Theophili (cui Cyrillus ex fratre nepos successerat, non sine schismatica electione vid. Kromayer *c. l.*) olim non sterisset Chrysofomus.

42 Atque hæc sunt quæ super hoc themate in chartam conicere placuit, quæ si non laudem ob tenuitatem materiæ, excusationem tamen apud ingenuos & æquos censorum inuentura esse, nullus dubito. Quod restat, Deo T. O. M. gratias ago habeoque immortales, quod hucusque me protexerit clementissime, cui etiam vltiorem studiorum meorum cursum humillime commendo.

S. D. G.

COROL-

## COROLLARIA.

I.

**O**bligatio metu contracta Iure Naturæ  
inualida dicenda.

II. Pro defensione vitæ nostræ, Principem  
inuadentem occidere non licet, etiamsi alias  
nobis pereundum.

III. Contra prohibitionem diuinam Leuit.  
XIIII. nullum permitti matrimonium a Prin-  
cipe potest, & si id contractum, dirimendum  
iterum, ne continuatus toleretur incestus.

IV. Dantur casus in iure ubi ex incestu  
possunt liberi legitimi, & ex legitimo matri-  
monio spurii nasci.

V. Posteriora sponsalia copula sacerdo-  
tali consummata præferri sponsalibus publicis  
prioribus, nulla solida iuris ratione demon-  
strari potest.

VI. Necessitas dotandi filiam patri com-  
petit, non tantum si filia inops, sed & si di-  
ves sit.

VII.

VII. Defendi potest, quartam dari tutelæ  
speciem sc. tutelam promissam, de qua §. 9. *Inst.*  
*de Excus. tut.*


IX. Sententia illorum, qui transactionem  
rescindi posse ob læsionem enormissimam  
existimant, praxi, sed non iuris rationi con-  
ueniens est.

IX. Filius. de peculio aduentitio irregu-  
lari non potest testari, potest tamen donare  
mortis causâ.

X. Maiores exheredationis causas, præter  
illas quæ in *Nov. 115. c. 3.* expressæ, non admit-  
timus.

XI. Non potest Princeps hodie dispensa-  
re circa pœnam mortis, in Veteri Testa-  
mento Blasphemis statutam.

XII. Pœnam delicti contra Legem mora-  
lem Dei commissi, licite Princeps ad mortem  
vsque extendere potest.










Halle, Diss., 1698 J.S. Stryk



VDMA





Farbkarte #13

B.I.G.

IO IVRIDICA  
De

1698 21  
1790

# RATIO- TESTA- RVM,

uam  
E MAGNIFICENTISSIMO,  
NCIPE IVVENTVTIS,  
ERICO WIL-  
LMO,

7

& ELECTORAT. HEREDE  
reliqua,  
LECTORALI BRANDENB.

ESIDE  
VELE STRYKIO,  
fess. Publ. Ordin.

VELI SVO VENERANDO,  
An. MDCCVIII.

n disquisitioni submittit  
& R.

ERICVS STRYKIVS,  
islauiensis.

ANDREÆ ZEITLERI. Acad. Typogr.  
2.